

346

377

223

~~346~~



R. 30949

~~2 11 12~~

Caja
C. 50

10000 / 12
40 833
40 4
828
41
498



1870
1871
1872
1873
1874
1875
1876
1877
1878
1879
1880



BIBLIOTHECA

PARVA

CONSTITUTIONALIS

LIBRARIÆ


REPUBLICÆ

FRANCOGALLICÆ

LIBRARIÆ



LIBRARIÆ



BIBLIOTHECA
 PARVA
 Concionatoria
 TOMUS SECUNDUS

SELL
 BREVE ALPHABETUM
 aliis ad Conciones eformandas repe-
 riendis accommodatum. ex ampli-
 ori à P. TOBIA LOHNER
 edito Concinnatum.

laudate Nomen Domini - p. 112.



In Sanctae Fidei Placensis Fluvii vel
 à Vera. (Anno 1738.) Cruce dictae

ALIA IOTMEXA

PARVA

COLLECTIONES

TOMUS SECUNDUS

ARTE ALPHABETICUM

ARTIS ALPHABETICAE
PRINCIPALIA
OFFICIA
ALPHABETICAE



IN BIBLIOTHECA
MUSEI HISTORICO-NATURALIS
MUSEI HISTORICO-NATURALIS
MUSEI HISTORICO-NATURALIS





PROOEMIUM

Tandem præ manibus habere non nihil licet diuturnis votis exoptatam Bibliothecam Manualem Concionatoriam, quam nuper paraverat jure Laudandus Societatis nostræ Scriptor P. Tobias Löhner: hanc profectò ardentè appetebam, ut mihi meam adaptarem Bibliothecam parvam, cujus primum to-mulum, ea deficiente, non sine labore ingenti & proluxa aliorum Auctorum lætione efformavi, nec placebat, donec vötorum compos tantum apprehenderem Exemplar efformando secundo, in quo decrevi ad ulteriorem in primo attactarum materialium amplificationem selectiora ex hoc mihi adnotare Exemplari, nec ab ipsa recedens methodo mihi maxime opportuna visä pro quolibet facile reperiuudo; in eo unice discrepandum mihi iudico, ut lata breviter, & ampla concinnatè et contractè transcribam, ut ipsa compendii postulare videatur ratio; ne quoque singula transcribens aliquando non

appetam ingratius originem, unde mihi ista
deduxerim. Adsit in omnibus Divina gra-
tia auxilium, sine quo, quidquid verba
nostra sonuerint, nec mentem audien-
tium illuminabunt, nec piis, ut inten-
dimus, voluntatem accendent affec-
tionibus, quibus vetus homo exu-
atur, & lucis arma induantur
ad opera tenebrarum veni-
tatis debellanda, viaeque
claritatis aeternae absque
impedimento ineun-
dam



Nota universim, nos in sequentibus brevitati
consulentes, non ea distinctione processuros ut
signatè advertamus quae ad rei definitionem, di-
visionem, necessitatem, utilitatem, aut reliquas
qualitates faciunt, quae satis clare deduci & cog-
noscere poterunt in ipsis ad rem facientibus, quae
de proposito exemplari hausturi sumus: non
enim volumus hic concessiones perficere, sed his
facilius perficiendis isto brevi Repertorio consulere.
Pit.

Pagina 1^a.

Tibulus I.
Abnegatio sui ipsius.

Ipsa est, ex S. Basilio, a suis voluptatibus, ^{Definitio} & pravis affectibus omnimoda recessio; in pri- ^{2^a visio} mo, abnegatio carnis continetur; secundum, & ¹ spiritus abnegationem complectitur: utriusque ^{Actus.} actus in reprimendis his quatuor inordinatis motibus consistit, si videlicet pravas de noxiis rebus cogitationes, et appetitus; nostras que circa res pias coercuerimus repugnantias, atque sensuum singulorum libertatem nimiam.

Huc facit illud Christi monitum Math: 16. N. 24. Si ^{Actus} quis vult venire post me, abneget ^{2^a 3^a d.} &c. Math: 5. 29. ^{Scriptura.} Si oculus tuus scandalizabit, &c. Hujus abnegationis & refrenationis necessitas patet, cum Paulus dicit: 1. Cor: 9. 27. Castigo corpus meum... ne forte &c. item Eccl: 18. 30. Jerem: 4. 11. 9. Utilitatem habes in illo Joan: 12. N. 24. Nisi granum frumenti dignitatem ex Paulo ad Gal: 5. 24. Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum concupiscentiis suis, &c.

Quae omnia elucet in miris Ss. Patrum sententiis. S. Greg: super Ezech: ait. Seipsū abnegat, qui mutatus ad meliora incipit esse, quod non erat, & desinit esse quod erat... non quoad ^{ex} ^{Patris.} subs-



2 tantiam, sed quoad animi qualitatem, Cass: Coll: 24
c. 26. Violenti, qui regnum calorum rapiunt, sunt
illi qui, non aliis, sed voluntatibus suis præclaram
inferunt violentiam... qui vim faciunt perditio-
ni suæ, quæ est executio voluntatum. Desiderio-
rum que nostrorum, Glossa sup: Luc: Nisi quis a
semetipso deficiat, ad Deum, qui supra se est, non
apropinquat, S. Diadoc: c. 4. Quando non su-
mus nostri, tunc similes sumus Deo. Vide v-
niversim Thomam Kempensem mira passim
pro his & sequentibus habentem in aureo sed
obvio Libello de imitatione Christi

Exempla

Accedunt plura ad hanc rem Exempla, inter
quæ illud mirum, quod de S. Magdalena de
Pazzi refert S. Sanchezius Opusc: 10. v. 252, quod
nempe adeo in sui abnegatione profecerat, ut
nequidem Spiritum Sanctum, desiderio ex pro-
pria voluntate orto, desiderare vellet, dicens
se nolle ex se ipsa desiderare suaviores etiam
de caelo consolationes, quas pure committebat
Divinæ voluntati

Conclusio.
Sui Reflexio.

Commendat quoque hanc abnegationem, quod
ipsa medium sit, ex præcipuis ad perfectionem
assequendam, quare iustum est, ut toto conatu
ejus cognitionem, estimationem, ac praxim
prosequamur, & sane sicut ager a Medico
deceptus, ejus deinceps monita merito res-
puit

quit; cur nos toties a proprio velle, sensu, & appetitu decepti, his denuo fidemus? cur in nos ipsos ut in feram indomitam non impetimus? cur (ex sensu Bernardi Homil: sup: ecce nos) noxiam magis voluntatem propriam, ut superfluos ^{non} relinquimus oculos? ~

Sicut ipsi quarenti delectatione, posse quam reprobari propter (oculos) propria voluntate, esse inveniatis

Auctores circa hæc considerandi sunt: *Julianus Falsus de Mortific: c. 9. 10. 11. 12. Nicolaus Lancizius Opusc: 10. à cap: 13. & Bernardinus Rosignolius de Disciplina Christ: Perfect: L. 2. c. 30. & L. 3. c. 6. S*

Auctores circa idipsum

Titulus II. Abstinencia

Est ex Divo Thoma 2-2-q. 146. c. 1. *Subtractio ciborum, ratione regulata. alia est naturalis, quæ ab omni simpliciter cibo aut potu ad tempus abstinemur, ut ante sumptionem Eucharistia; alia ecclesiastica, ut certis temporibus ab ecclesia præcipitur; alia de qua hæc præcipue Philosophica vocatur, est que parsimonia cibi ac potus secundum rectam rationem moderata. De ecclesiastica illud notandum, quod Quadragesimalis ad exemplum Christi per dies 40. jejunantis inducta sit, teste S. Ambrosio; Quatuor Temporum ab exemplo sumpta. Vivificantium per triduanum jejunium pristina vitia purgantium, ut sentit S. Isid: c. 41. de Offic: eccl: & Vigiliarum, ut præcipuas præveniamus festivitates, quas, ut ait S. Bernardus in Vigil: S. Andrea, non est æquum peragere, ac quidiis celebrare, quin prius aliqua mortificemur pænitentia; sicut non nisi per tribulationes oportet*

Definitio & titulus

4. *tel nos ad eternam festivitatem. praevenire. Atque
actum hujus virtutis quinque sunt praecipui fines;
scilicet 1. ad Dei cultum, 2. carnis edomationem, dignos
penitentia praestandos fructus, obedientiam exercendam,
& quodlibet a Deo impetrandum.*

ex Scriptura Audiamus Scripturas & Patres; hujusque virtutis tam
necessitatem, quam utilitatem & dignitatem, adverta-
mus, imò & jucunditatem. *Ezech: 4. 10. Cibus tuus quo
vesceris, erit in pondere, & mensura, Judith: 1. 21. Scito te
quoniam excaudiet Dominus preces vestras, si manentes
permanseritis in jejuniis, & orationibus in conspectu Domini
Job: 12. 8. Bona est oratio cum jejunio, = S. Greg: 10: 30. mor:*

ex Patribus. Per abstinentiam vitia carnis extinguenda sunt, non
caro, & super *Ecc: p. 5. Per Simonem Cyrenaeum signan-
tur, qui foris carnem affligunt, interiori tamen fruc-
tum abstinentiae non acquirunt; sicut ille Crucem
portat, sed in Cruce non moritur. S. Isid: super Amos:
Qui cibis abstinent & mala agunt, daemones imitan-
tur, quibus culpa adest, & cibus deest, S. Leo Ser: 2. de
jejun: Semper virtutis cibus jejunium fuit, Cyprian:
L. de jej: Quotquot viros virtutum videmus nil mag-
num moliri sunt nisi abstinentia praecessisset. Cur
Elia rogat Augustinus 10: 10. Ser: 65: de temp: Deus pa-
nem, & aquam tantum, non etiam submisit prandium
sicut Danieli in cavum leoninum? respondet ipse:
sciebat Deus Prophetam suum tentantem diabolum
aliter superare non posse, nisi jejunio eruditus. S.
Greg: in homil: Quia a Paradisi gaudiis per cibum
cecidimus, ad haec in quantum possumus per absti-
nentiam*

nentiam resurgamus; & in Evang: Qui commisit pro-
hibita, sibi ipsi abscindere debet & concessa, S. Hier: Epit:
Mater sanitatis est abstinence, mater egritudinis volup-
tas, ... interroga Medicos ... per jejunium extrahunt redun-
dantiam, S. Ambr: L. de Elia & jeju: Quid est jejunium, nisi
substantia & imago vite celestis? refectio anime, cibus
mentis, mors culpa, radix gratie ... hoc gradu, ante,
quam curru Elias ascendit. Petrus Nav: in serm: Jeju-
nium scimus esse Dei arcem, Christi castrum, murum
Spiritus S^ti vexillum fidei, castitatis signum, sanctitatis
trophæum, S. Aug: ser: 1. in Cin: Luxuria, per transitoria
dulcedinem preparat sempiternam amaritudinem. Ab-
stinence verò per brevissimas angustias perducit ad pa-
radisi delicias, juxta illud Evang: angusta via est, qua
ducit ad vitam &c

Eandem suo nos docuerunt exemplo tot Sancti abstinentes, ex innumeris, hoc S. Thomæ Aquinatis mihi apparet mirabile, quòd, cum in morbo magnum habuisset desiderium certum genus parvorum pisciculorum comedendi, ii que appositii essent, noluerit illos manducare, ut appetitum castigaret. Ita Petrus Sanchez in regno dei p. 5. cap: 2. fol: 483. qui & sequens refert fol: 400 de S. Macario, cui cum uva recens quondam mitteretur, ille ab ejus comestione sibi temperans, eam alicui infirmo misit, qui postquam illam iterum alteri misisset, ad omnes denique Eremi manus peruenit, & non sine ingenti admiratione ad Macarium rediit. Sed quid multum
quòd

6 quod Viri sancti hæc præstiterint, cum & Paganis mul-
ti ingentem servaverint abstinentiam, ut Pompeius, qui
gratissimum pallato ferculum, etiam à medico præscrip-
tum, sumere recusavit, ne à consueta recederet parsi-
monia; & sanè ex Ecclesiastico, qui abstinens est adjiciet
ad vitam, etiam temporalem, ut experitis testatur Me-
dicorum Princeps Hippocrates.

à simili.

Accedit ratio à simili: nam sicut cæger medicinas, non
voluptate sed ex necessitate accipit, ita quisvis homo
sibi uti debet, & qui vult corpus suum animæ subji-
cere, & inter hujus vite procellas feliciter ad æternam
vitæ portam subpervenire, debet ut Rex erga a se
occupandam Civitatem se gerere, subtrahendo pri-
mum alimenta & aquam; vel ut nauta procellosū
volens navigare pelagus, paucis navem onerando:
quorum omnium consideratio ad hanc multi facien-
dam, acquirendamque virtutem, juvabit plurimum.
utque in hoc justa servetur mensura, mirabilem de
eo proxime nos docet S. P. Ignatius in libro Exercitiorum: ubi
de victu temperando.

conclusio.

Sed ultrò, ut à culpa jejunemus oportet, nam ex Nis-
seno Ser. 2. in die Cini non est hoc bonum jejunium,
quod famelicam relinquit animam, & ex Basilio Ma-
honi: 2. de jejun: Verum jejunium est, a vitiis immu-
nem esse, ab irâ obprobriatione, mendacio, perjuriis
abstinere: neque jejulant omnes qui non comedunt
prociise; sed qui simul non peccant: & ideo ait Theo-
phylactus dubitans & respondens, cur de penitenti-
bus

Minivitis, & certe austerima jejunantibus abſtinentia⁷.
ſolum addat Scriptura Jona 3. 4. 7. & vidit Deus opera
eorum? quia inquit, illud quantumcumque jejunium
ſine aliis bonis operibus Deum non placabit. Cur item
ex aperto Chriſti latere, non ſanguis ſolum, ſed ſanguis
& aqua manarit, interrogat auctus apud Hiſpanum Auc-
tor, qui & ſibi reſpondet, ut nobis daretur intelligere,
jejunia noſtra aliasque corporis afflictiones, quas ſanguis
indicabat, comitari oportere aditum lacrymarum, qui-
bus & internam omnium vitiorum ſignificemus pani-
tentiam, ſuavem que, at efficacem contritionem. = Duo
illi Paſſeres quos ſibi Deus ſacrificari voluit Levit: 14, ita
ut unus occideretur, alter evolare permitteretur; ſunt ſcilicet
Origi: in Jo: 7. Hom: 1) corpus & anima, utrumque tenens
oferre, quomodo? accipe cultum jejunii, & guttur illi
ſcinte, & anima corporis pondere libera, incolum
rapido volatu rapietur. David dicit: operui in jeju-
nio animam meam, quo Adam violato, vidit ſe nu-
dum; cur hoc? quia (inquit S. Ambr: l. 7. de Elia) gula
ut coſtituta ſis prodiga, nudos facit, abſtinentia vero,
ut cuſtos, operit. Tandem rogans S. Vincentius Ferrer:
S. 2. ſabbat: cur Chriſtus in Montem Thabor Moſen, &
Eliaſ adduxerit, reſpondet, quia hi ſoli ex Antiquis
P. Quadrageſimam jejunaverunt.

Vide Brevelium in Aloe, Labatam V. Abſin: Petr: Auctores
Caninium to: 4, Lancizium, Stapletonium text: 2. in
Dom: 1. Quodr: & text: 6. in Dom: infraſtativ: Jo: 7:
Mansi Biblioth: Mor: tract: 1. &c. Sit:

Acceptio personarum

Dicitur à S. Thoma 2.2. q. 63. a. 4. inæqualitas iusti-
 tiae distributivæ, in quantum aliquid alicui attribui-
 tur præter proportionem, seu præferendo personam
 unam circa id quod debebatur alteri: habeturque
 ex jure Canonico, in penarum impositione, aut defini-
 tione, in fidei prædicatione, in hospitium receptione,
 Eleemosynarum collatione, dignitatum distributione,
 honoris exhibitione, ac iudiciorum declaratione: in
 quibus peccare solent Iudices, Prælati, hospites passivi,
 & quisquis respective ad duos saltem se gerit.

Cujus consonantiam, perversasque qualitates abunde
 declarant sequentia, tum à ratione, tum ab auctori-
 tate. Levit: 19. 15. Non consideres personam pauperis,
 nec honores viri potentis, iuste iudica proximo
 tuo. Deut: 1. 17. Nulla erit distantia personarum,
 ita parvum audies ut magnum. Jac: 2. 1. Si intenda-
 tis in eum, qui indutus est veste præclara, & dixeritis
 ei: tu sede hic bene: pauperi autem dicatis, tu sta il-
 lic, aut sede sub scabello pedum meorum; nonne
 facti estis iudices cogitationum iniquarum? Si
 personas accipitis, peccatum operamini: hinc S.

Hieronimus ait: Unumquodque, non personarum, sed
 rerum pondere iudicandum est, & S. Greg: hom: 4. mor:
 Personam hominum acceptare, est hominem, non quia
 homo, sed propter aliquid, quod circa ipsum est hono-
 rare. O quam recte Canubis Wandalorum Rex, qui,
 cum plurimos in latrocinio deprehensos ad mortem

Damnaſſet, & unus ex illis clamaret ſe de ipſius ſancti
 cognatione eſſe, Reſpondit Rex: ergo cognato noſtro, ut
 honoratior ſit locus, ſublimius patibulum præparate.
 ſimifemur ſolem, qui æque omnibus lumen ſuum parat;
 ut Capream, qua æqualiter lac porrigit & nigris & albis ge-
 mellis; maxime vero Chriſtum Dñum noſtrum, qui quã-
 tum in ſe eſt, pro omnibus æqualiter natus, paſſus &
 mortuus eſt, vult que omnes homines ſalvos fieri, & ad
 agnitionem veritatis venire: 1^o Tim. 2. 4. & ſi forte aliquã
 in vita ſua, videretur obſervare inæqualitatem, fuit
 propenſius ad egenos, parvulos, & peccatores ſe inclinan-
 do, ut hoc pacto ad optatam, quam homines ab his de-
 clinando offendebant, æqualitatem perveniretur. Ne-
 ſimus ut aranearum telæ, quæ infirmiora retinent
 animalia, validiora tranſmittunt; ne, inquam, relictis
 liberis divitiſus, pauperes conſtringamus
 Vide Joſephum Langium hoc Verbo; & Nicol: Lancizii.

Cranzius 1. 3.
 Wafio: c. 32.
 apud 7. ſim.
 c. 9. in ſon. 22
 poſt 2. ſon. 2.

ſimilita

Auctores.

Titulus IV.

Acedia

Acedia, ſeu tædium boni ſpirituâlis, eſt ex communio-
 ri & Patrum ſenſu, tædium in quibusvis actionibus
 piis ad ſalutem neceſſariis, vel maxime conducentibus
 exercendis; eſtque mater malitiæ, rancoris, pusillani-
 mitatis, deſperationis, & torporis in bono exercendo; ra-
 tione cujus opus bonum vel ex toto deſtituitur omitti-
 tur, vel inchoatum non perficitur; illius actus præci-
 pui ſunt: in exercitiis piis remiſſe ſe gerere, nunquam
 ſe mente colligere; bona propoſita aſſiduò mutare,

Definitio.
 &
 Diviſio.

Actus.

otium, & carnalia desideria sectari; colloquia inutilia
 querere, & frequentare; ferventes aversari, Patres
 que spirituales, & recta nobis suggerentes fugere; atq;
 ex Isidoro l. 3. de summo bono c. 37. gignit otiositatem,
 somnolentiam, mentis importunitatem, inquietudinem
 corporis, instabilitatem, verbositatem, & curiositatem.

ex S. Scripturis.

De ea sic Scripturae & Patres: Prov. 6. Vade ad for-
micam, o piger, & considera vias ejus, quae parat in-
castate cibum sibi, & congregat in messe quod comedas, &
c. 13. 4. Vult, & non vult piger, arare noluit, mendicabit
ergo castate, & non dabitur ei; ideo Christus Matth. 21.
 19. maledixit ficulneae infructuosae, ita ut areferet illi-
 co, desiciente illi elementorum concursu, & 22. v. 13.

inutilis servus ejectionis est in tenebras exteriores ubi
 fletus & stridor dentium. Luc. 12. 47. Servus, qui non
 fecit secundum voluntatem Dni, vapulabit multis;
 Prov. 15. Inter pigrorum quasi sepes spinarum,
 Ven. Beda sup. Prov. 1. 2. c. 15. Pigri vocabulo denota-
tur, qui vult regnare cum Deo, & non vult laborare
pro Deo; S. Bern. S. 2. de Asc. Non tibi pigrorum vita
inferno penitus appropinquare videtur? Dion: Cartu:
Piger vult & non vult; habet voluntatem operativam,
non operativam: vult finem, & media necessaria non
vult; S. Bonav. spec. c. 3. Tunc quis torpere dicitur,
cum ad bene operandum invenitur inefficax, sicut
aqua tepere, seu tepida esse dicitur, cum non est ef-
ficacis caloris; S. Greg: 7. p. Pastor: 35. ipsa operandi
remissio, contra hoc quod per operatum est, pugnat:
quia qui cepta bona districte non exequitur, disso-
lutione

Ex Paulinis.

lutione negligentia manuum destruentis imita-^{ff.}
tur, s. Alb: Mag: l. 3. Comp: c. 18. Locum diabolo præ-
parat (Acedia) in ollam tepidam libenter misce-
resident, quæ ferventem fugiunt. . . . est acediosus,
quasi urbs absque murorum ambitu. . . . item re-
ceptaculum sordium se facit, s. Chrys: 1. de lapsu:
sicut vestimentum & tunicam generat & nutrit, ita
ignavia non solum gignit ex se desperationem, sed
alit & fovet, ut ejus radix, nutritrix & mater; & s. Chrysos:
ep: 7. ad Olymp: Pigritia vermi similis est venenato,
non solum carnem, sed & animam ipsam perimens,
& perperius quidam est carnifex animarum, imite-
mur (suadet s. Bern: ep: 283.) Angelos illos in scála
Jacob minime sistentes, sed continuo vel ascendentes
vel descendentes. D

Christus Dñus per Davidem testatur Ps: 86. se in labo- ^{exempla}
ribus esse a juventute sua; B. Virgo in templo mira-
orandi & laborandi vicissitudine, otium assidue fugit;
sic que plurimi Sancti Eremitæ & Anachorite manualibus
operibus quietam orationem intervallabant, ut activa
& passiva vita mutuo sibi succederent, nec illis acedia
pateret locus, ne accideret, quod cuidam iusto Dei ju-
dicio configisse refert Tho. Cantimprænsis l. 2. Apum c. 9.
ut scilicet pigro quidam ex fructum suorum labore ves-
centi, cuncta veterentur ferula in anques venenatissi-
mos; ^{licet} igneo in se emendatus, tandem a Deo sanus ac di-
ligens effectus sit. Monacho cuidam in Choro de more
Dormienti, ex altari Crucifixus accedens validam a deo
percussit alapam, ut infra triduum piger moreretur. D

12. immo & vitium hoc gentiles ipsi sunt deſectari, ut
de ſe ſic loquitur ſeneca Epist. 8. Nullus mihi per otium
dies exit, partem noctium ſtudio vendico, non vaco
ſomno, ſed ſuccumbo, & oculos vigilia fatigatos cade-
tesque in opere detineo; & Aegyptii, teſte Diodoto Si-
culo, lege lata, moris pena animas vertebant in
eos, qui artem, qua alerentur, exhibere non poſſent.

ſimilia ſicut terra inculta ſpinas, & ſtagnans aqua ſer-
pentes gignit, ſic piger flagitia generat, & ſicut aves
non niſi in loco quieto nidificant; ſic diaſolus homi-
nem ab opere quietum inhabitat. Quemadmodum do-
mus revera nunquam ſubitaneo corruit impulſu
ſed vel ob antiquum fundamenti vitium, aut longam
habitantium ^{incuriam} incuriam, ſic ruina ſpiritu-
alis ab Acedia; ratione cuius pravae cogitationes inſtant
in animam, ut per rimam ſentinae latentem inſtrat
aqua in navim quam tandem tandem ex nauſorum
incuriam demergit in profundum.

*Motiva
& Media.*

Acedia fugienda mo-
tiva ſunt in primis inſinuata. Chriſti, ſanctorum, &
Deo incessanter miniſtrantium. Angelorum exempla,
imo & ceterarum tam ratione, tim & ſenſu orbatam
creaturarum, quae nunquam otiantur ab eo, ad quod
ſunt conditae. Deinde plurima quae a ſent damna
anima, & ipſi corpori quod in ſudore vultus paſci o-
portet, ne in extremam deveniat egeſtatem; atque
ex his facile erui poſſunt media ad otioſitatem vi-
tandam, continuis videlicet mentem vel corpus occu-
pando

15.
pando exercitiis, quæ & medicæ & remedia sint tanto
morbo: nam ex Matth: 13. Cum dormirent homines, ve-
nit inimicus ejus, & supereminavit zizania, & Para-
lyticus ille, Matth: 8. jacebat in domo, & male torqueba-
tur; ita otiosi a damone vexantur, cunctisque tribula-
tionibus inferius & exterius opprimuntur, ut Prov: 24. 30.
Per agrum pigri hominis transivi, & ecce totum reple-
verant Urtica, & operuerant superficiem ejus spine,
Ecd: 23. omnem malitiam docuit otiositas; surge ergo
qui dormis, & exurge a mortuis, Luc: 7. Quid hic stalis
tota die otiosi, Matth: 20. cum militia sit vita homi-
nis super terram. Vide Marchantium in Horto Pas-
torum, Joan: Bussæum in Paratario, Philip: Doutheman
Jacobum Alvarez, Mansium &c.

Auctores.

Titulus V.

Adulatio

Est excessus in aliis delectandis verbo vel facto commis-
sus, ut habet S. Th: 2. 2. q. 11. a. 1. vel ut Augustinus sup:
P. Facta cum fallaci laude seductio, & pro circumstan-
tiis grave, vel leve peccatum est. Adulatores sic opti-
me describit Jeremias c. 9. v. 8. in ore suo pacem loqui-
tur cum amico suo, & occulte ponit ei insidias, rete in-
jiciens gressibus ejus, ut proverbs: 29. unde cap: 17. dicitur:
Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta os-
cula blandientis.

Definitio.

ex S. Hieronymo.

S. Hieron: L. 1. cont. Pelag. Proprie hæreticorum est a-
dulari, & eorum, qui decipere cupiunt audientes...
per dulces sermones subvertunt corda innocentium...
Adulatio pulchre apud Philosophos definitur blandus ini-
micus,

ex Pseudo.

micus. S. Aug: Comment: in Ps: 140. Falsa laus adulatio est, falsa laus adulatoris, hoc est oleum peccatoris, ... hinc dum alicui adulati fuimus, dicere consuevimus: unxi illi caput. & in Ps: 119 Adulatores sunt veritatis destructores, odiorum inventores, satanae mediatores, Dei persecutores, fratres diaboli. S. Bern: ser: 63. in Cant: Pessima vulpes occultans detractor, sed non minus adulator blandus, S. Hiero: Ep: ad Rust: Ne credas tuis adulatoribus, qui cum te adulationibus fouerint, asini auriculas post te agitant, aut ciconiarum colla curvant, aut aestuantis canis probendunt linguam.

Exempla

Ladislaus Rex Poloniae adulatori cuidam colaphum impexit, causamque rogatus respondit: ego percutientem me repercutio. & Carolus V. Oratori se publice Parisiis laudanti dixit: laudes tuae, non qualis sim, sed qualis esse debeam me docent: Haec narrat Drexelius in Phaetonte c. 1. §. 3. sicut & quod Alexander magnus Philosophum quendam, quo prius familiariter utebatur, a suo remouerit consortio, praecise quia nunquam Regem objurgabat: si enim inqueibat, mala quae facio non intelligit, insipiens est; si intelligit, & non arguit, est malevolus adulator. Sciens Agesilaus Laedemon: Princeps, Thasios sibi velle diuinos honores tribuere, sapienter ad eos dixit: vos ipsos primum Deos facite, eo facto credam vobis, posse me quoque a vobis in Deum mutari.

similia. Sunt adulatores ut specula, quae se inuentum imagines representant inverso ordine, quae dextra sunt sinistra. & sicut ancillae infantibus seruitutes, quae

agitant cunas, & cantum adhibent ut infantem so-^{15.}
pianant: adulator enim & vituperanda laudat ordine rerū
inverso; & maligno suo cantu (velut cyrena) in profundiū
peccati somnum precipitat se audientes, quos perverstem
hoc cle^mperitonas, velut muscas aut formicas, mori co-
git se perunctos. Hinc recte Curtius l. 8. dixit: Perni-
tiosa adulatio perpetuum Regum malum est, quorū
opes saepius quam hostes evertit. Adulatores p̄ Plu-
tarchus vocat Patria & virtutis inimicos, Epictetus Cor-
vos, utpote qui & animos viventium excocant, ut cor-
vi mortuorum oculos effodiunt. Anaxilaus, Opium
vermes; Constantinus magnus lineas, & sorices. & Bias
interrogatus, quod animal esset omnium ferocissimū
& noxium? respondit: si de feris percunctaris, Tyran-
nus; si de mitibus, adulator ~

Vide cit: Drexelium, Matthiam Adorum Conc: N. Auctores.
in Dom: 22. post Pent: Laurentium Beyrlinck Thea-
tro vit: hum: hoc v. Jos: Langium Polyanth: eodē.

Titulus VI.

Adulterium

Adulterium, sive ad alienum thorum accessio, est ^{definitio}
illicitus concubitus conjugati vel conjugatae, ut habet
S. Thomas 2. 2. q. 154. a. 8.

Prov: 6. Qui adulter est, propter cordis inopiam per. ex S. Scriptura.
det animam suam. 1. Cor: 6. Neque adulteri regnū
Dei possidebunt. Sap: 3. Filii adulterorum in con-
sumptione erunt, & ab iniquo thoro semen extermi-
nabitur. Gen: 26. Si quis tetigerit hominis uxorem,

16. morte moriatur. Hebr: 13. v. 4. Adulteros iudicabit
ex 22. Dominus. Clemens Pont: apud March: sic loquitur: Quid
in omnibus peccatis adulterio gravius? secundum enim
in panis tenet locum, & in prohibitionibus quidem ho-
micidio assimilatur adulteriam, . S. Aug: tr: 48. de veri:
Sñi: Si ducturi estis uxores, servate vos uxoris vest-
ris, quales vultis eas invenire, tales & ipsæ inveniant
vos. intactam quaeris? intactus esto, . S. Ambr: l. de Abra:
c. 2. Nemo alienum affectet thorum, adest praesul
conjugii Deus, quem nihil laebet, . Chrys: in Ps: 7. In
dolore semper est adulter, etiam in tenebris, .

Examinat. Joseph sollicitatus ab uxore Potypharis fugit pallio
relicto = Susanna mortem pro adulterio sibi elegit.
Dan: 23. = Blandinus Flandria Comes per praetorem
quotidie edici jusserat: Nemo in palatio meo perno-
tato, qui alienam conjugem tetigerit - & poenas adul-
terorum considerari possumus in Davide. 2. Reg: 12.
& aliis, iud: 19. & 20. atque hisce temporibus in quo-
dam adultero, de quo in Annis Germanis Coll: Chu-
quisaca fit mentio, qui, post fractam fide de Confessio-
ne faciendâ, quam per annos decem peccatis irretitus
omiserat, domum semel de solita peccandi occasio-
ne rediens occurrit sex simii facie, gestu, & opere
ferocissimis a quibus vinculis constrictus, validis
que affectus verberibus, penè mortuus atque ex-
tremis relictus est, magno veræ uxoris, accersiti Co-
fessarii, cæterorum que adstantium terrore, donec
post saepius admotas S. P. Ignatii reliquias, tandem

in se reversus sinceram confessionem instituit delic-
torum, à quibus in posterum recessit tanto admoni-
tus aeternali flagello, etsi a piissima Dei providen-
tia Directo ~

Socrates dicebat, adulteros perinde facere, ac si quis
nolit ex aqua supernè effluente bibere, sed ex illa,
quæ in fundo, & deterior est. & quidem hoc vitium Motiva.
inter alia generat rixas, invidiam, zelotypiam, &
alia pacem conjugalem ingenter perturbantia.
Vide Marchantium, Beyrlinck, Fabrum, Langium. Autores.
& alios ~

Titulus VII.

Aeternitas ~

Est juxta Drexelium (aliis aliorum definitionibus segitto.
omissis) Duratio semper præsens, & unum perpetuum
Hodie, quod nunquam transit in præteritum, aut fu-
turum, sed est sine principio, sine medio, sine fine, si-
ne mensura; Dividitur in utrimque talem, & ex par-
te talem; hæc est, quæ vocari solet a parte ante, vel divisio.
a parte post; ut carentia creaturarum æterna fuit a
parte ante usque dum hæc existerent; & pœna dam-
natorum, aut justorum gloria æterna erit a parte
post, cujus dabitur aliquod initium, sed finis nullus.
Sola Dei æternitas talis est utrimque, cujus nec
initium fuit, nec erit finis ~

Matth: 25. 46. Ibiunt hi in supplicium æternum, justi Ex 5.
autem in vitam æternam, Gal: 6. Quia seminave- Scriptura.
rit homo, hæc & metet... qui seminat in spiritu,
de spiritu metet vitam æternam; . 2. Thessal: 1.
Pa

18. Pœnas dabunt in interitu æternas a facie Domini
& à gloria virtutis ejus. Ps: 76. Cogitavi dies anti-
quos, & annos æternos in mente habui. & scopebam
spiritum meum.

ca. 99. S. Aug: inquit: Melior est modica amaritudo in fau-
cibus, quam æternum tormentum in visceribus.
Hugo in Prov: 31. Digiti ejus apprehenderunt fa-
sum, hoc est, rectitudinem intentionis, per quam
electi omnia opera, quasi fila in orbem æternita-
tis retorquent. S. Hier: Nullus labor durus, nul-
lum tempus longum videri debet, quo gloria æter-
nitatis acquiritur. S. Aug: in Ps: 145. Nec putes quia
verbis finitis finitur æternitas, in verbis quattuor
syllabis constat, in se sine fine est. S. Greg: L. 21. Mor-
c. 26. Cum homo de æternitate disserit, cæcus de lu-
ce loquitur. Nazianz: Orat: 38. in Nativ: Christi: Æ-
ternitas nec tempus, nec pars ulla temporis est.

Exempla. Ex æternitatis serâ consideratione. Multo homo
mundanus repente decrevit Deo in posterum de-
servire. Cisterciensium se ordini describens. Hæc
ipsa consideratio alios plurimos ad meliorem frugem
reduxit, cunctosque Divinorum judiciorum pa-
vidos efficit.

alio sermone. Bene Cæro & Tischer: dixit: Sapienti nihil potest
videri magnum in rebus humanis, cui æternitas
omnis, totiusque mundi nota sit magnitudo. Si
equidem cælum Empyreum arithmetiis repleres
coordinatis numeris, hos numero plus superant dies

æternitatis, quàm ipsi unitatem, hæc namque aliquã^{19.}
cum illis habet proportionem, quàm cum æternitate
nequit habere quidquid numero finitum est. S. Gregor:
illa verba Cant. 2. *introduxit me rex. in cellam vinariam*
& *ordinavit in me charitatem*, sic interpretatur: *Quid*
per cellam vinariam congruentius, quàm ipsam arcana
æternitatis contemplationem accipimus? & certe qui-
cumque cogitationem hanc alius in mentem demise-
vit, gloriari poterit: *ordinavit in me charitatem*, &
illud semper mente pensandum axioma: *Momenta-*
neum est quod delectat; æternum, quod cruciat, & ope-
randum ut decet operantes non tempori sed æterni-
tati; sicut quæsitus Zeuxes cur tanta diligentia pin-
geret sua opera? respondit: *Diu pingo, quia æterni-*
tati pingo ~

Vide Drexelium, Joan: Mani Circulo æternitatis, Auctores.
Henr: Engelgrave Embl. 1. Lucis evang: Philip: D'outreman
p. 1. c. 8. s. 9. Danielelem Bartoli &c ~

Titulus VIII.

Ambitio ~

Est ex Angelico 2. 2. q. 131. *inordinatus dignitatis* ~ Definitio
& Actus.
honoris appetitus. Ejus actus multis complexus est
innocentius L. de vitit: cond: hum: quæ ad hæc duo potis-
simum reducuntur, scilicet virtutum simulationem
ut obtineat, & post obtenta arrogantiã intolerabi-
lem ~

Textus audiamus: *Ecl: 7. 4. Noli quarere ab homine* ex s. script:
Ducatum, neque a Rege cathedram honoris. *Math: 23. 11.*
Quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minis-
ter,

ter. Hebr: 5. 4. *Nec quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron.* Luc: 10. & tu Capharnaum, usque ad caelum exaltata es, sed usque ad infernum demergèris, & c. 16. *Quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum.* Job. 30. *Elevasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me valide.*

ca 39. *Petrus Ravenn: in serm: ait: Ambitio est quaedam simia charitatis; patiens est, sed pro solis caducis; benigna est, sed divitiibus; omnia suffert, sed pro vanitate.* S. Basil: c. 70. Const: monast: *Diabolica pestis est libidinis dominandi labes, quae proinde insigne est primae illius diabolicae pravitatis indicium.* S. Chrysost: hom: 2. ad Tit: *Ambitiosus humilitatem simulat, honestatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem ostendit, subsequitur, & obsequitur, cunctos honorat, frequentat curias, visitat optimales, assurgit & amplexatur, applaudit & adulatur.* Isid: Petrus: Epist: ad Tim: *si novisses, quod Episcopus debet omnium onera gestare... haudquaquam festinares ad primatum.* Non enim (ait S. Anselmus in ep: ad Timoth:) dicitur: *Qui Episcopatum desiderat, bonum gradum desiderat, sed bonum opus desiderat; quod in majori ordine constitutus possit, si velit, occasionem exercendarum habere virtutum.* S. Chrys: in dial: 63. *Quicumque desideravit primatum in terra, inveniet confusionem in caelo; & inter servos Christi non computabitur, qui de primatu tractaverit.* Isid: l. 3. de sum: 60. c. 48. *Omne, quod supereminet, plus*

maeroribus afficitur, quàm honoribus gaudet.

24.

Hinc exempla.

est, quòd, exemplo Christi, qui oblatos, etsi debitos, honores refugit, Sancti viri dignitates atque honores recusabant, & inuiti admittabant, ut inter alios S. Raymundus de Penafort, qui ab ipso Papa sibi commissum etiam ad tempus tarraconensem archiepiscopatum, ita dolens suscepit regendum, ut inde gravi morbo afficeretur, adeo ut ejus supplicationem Pontifex ratam habere cogereetur. Ita e. Modris S. Franc. Borgia, P. Jacob. Laynez, Claudius S. Franc. S. Ignatium imitati tot infitas sibi oblatas recusarunt, vel unice gravi præcepto coacti susceperunt juxta leges Societatis. Quod & nonnulli præstauerunt Paganis honores, fastum que mundanum strenuè contemnent.

x
Anreas
o viedo.
Melchior
Munnus
u. x

sed heu, sicut fumus ascendendo deficit, sic homines dum extolluntur, eo defectio ni proximiores efficiuntur non secus ac umbra quo plus excreverit; & sicut cacumen arborum in exteiso positarum, etiam si tenuis aura flaverit, movetur, sic homines in culmine dignitatum constituti flatu levissimo conturbantur, ac inquietantur; subjacent que primis adverse fortune ictibus, quemadmodum qui in exercitu cunctis aliis vel loco, vel statura supereminet, primus hostilia experitur, jacula. Accedant tot ambitiosi puniti, ut dum Scriptura S. ob oculos nobis ponit Antiochi fastum & arrogantiam dicens:

similia.

22 Is qui videbatur sibi fluctibus maris imperare, max
illum ex omni corporis parte vermibus horridum
representat. & quidem, potestatis ambitio, ut ha-
bet S. Bernardus, Angelum felicitate privavit, sci-
entia appetitus hominem immortalitatis gloria spolia-
vit. Non Evam, cibus deflexerat, non mandatorum
destituerat oblivio, sed promissi honoris ambitio ille-
cebrora decepit; atque honoris cupiditas Aman su-
perbum depressit; & in hoc temperantia Mardoche-
um exaltavit. Ester. 7. S

Motiva. Sint in motiva fugienda ambitionis insinuata,
Christi & Sanctorum exempla, bonorum, honorum
que hujus sæculi brevitatis, instabilitas, & molestia,
hec non & de us strictissima ratio postmodum red-
denda: nam, ut bene Origenes sup. Ep. ad Rom:
omnis ad eundem honoris ecclesiastici abscinderet-
ur ambitio, si se judicandos potius, quam judi-
caturus hi, qui præesse volunt populis, cogitarent;
Sic itaque gloria nostra, testimonium bonæ cōs-
cientiæ, 2. Cor. 1. ideo que Lot dicebat Dño Gen. 19. 20.
Nec possum in monte salvari, ne forte apprehen-
dat me malum, & moriar, & Christus petenti dis-
cipulorum matri primarias in cælo sedes pro filiis
respondit ipsi & illis: Nescitis quid petatis; & hu-
milia sectanda consulit dicens: potestis bibere cali-
com, quem ego bibiturus sum? Matth. 20. 22. = Ose:
Transire fecit Samaria regem suum, quasi spū-
mam super faciem aquæ; sed & hoc unicum

Filius Dei, ut a se discamus expresse monet, quod
mitis sit & humilis corde, alias, quarum omnium
erat Magister, non exprimens virtutes

Vide Marchant: Ioan: Bussaum, in Panario, 165: Auctores.
Langium, & Jos: Mansi

Titulus IX. Amicitia.

Est iuxta S. Thomam 2.2. q. 23. a. 1. Amor mutua ^{Dignitas}
benevolentia super aliqua communicatione fun- ^{Dignitas}
datus, alia est naturalis, qua inter sanguine jun-
ctos invenitur; Domestica, qua inter cohabitantes;
& civilis & politica, qua inter concives, & alios qua
vis respectu invicem communicantes habetur. Eius ^{Adus}
actus sunt: Benevolentia in affectu, concordia in
sensu, beneficia in effectu, fidesque & constantia
in adversis amici: unde

Prov: 17. dicitur: omni tempore diligit, qui ami- ^{ex 3. script}
cus est: & frater in angustiis comprobatur. & Eccl: 22.
Fidem posside cum amico in paupertate illius, ut
& in bonis illius lateris, &c. 6. Amico fideli nulla
est comparatio -- est medicamentum vite & immor-
talitatis, & qui metunt Dnum inveniunt illum,
& c. 25. Beatus, qui invenit amicum verum; & cap:
9. Est autem amicus socius mensa, & non perma-
nebit in die necessitatis, & Prov: 26. Sicut noxius
est, qui mittit sagittas & lanceas in mortem; ita
vir, qui fraudulenter nocet amico suo, & cum
fuerit deprehensus dicit: Ludens feci S.

S. Hier: Epist: ad Paulin: Vera illa amicitia est & Christi glutine copulata, quam non utilitas rei familiaris, non presentia corporum tantum, non subdola & palpan adulatio, sed Dei timor, & divinarum Scripturarum conciliant studia. S. Ambr: de offic: Amicitia que desinere potuit, nunquam fuit vera, & Amicitia tanto certior est, quanto vetustior, ut habet Cassiod: in qu: ad ep: qui & ibidem ait: Necessitas amicum probat, & intimæ charitatis ardorem splendor exhibita subventionis elucida, & in Epist: Sine amicis omnis cogitatio esset lædium, omnis operatio labor, omnis terra peregrinatio, omnis vita tormentum, sine quorum solatio vivere, esset mori. S. Ambr: l. 3. de offic: Solacium hujus vite est, ut habeas, cui secreta tui pectoris committas, qui in prosperis gratuletur tibi, in tristibus compatiahtur, facilis vox, & communis: totus sum tuus, sed paucioris est effectus, & l. 3. de sum: do: Amicitia prosperas res dulciores facit, & adversas communiōe temperat, & leviores reddit.

exemplar. Verae amicitia exemplum habemus 1. Reg: 18. Jonate erga David, in cuius favorem propriis se spoliavit inouementis & armis, & in Ferdinando Ximeno, de quo refert Rho l. 4. Hist: voluisse in profundum demergi, ne frater suus Gazpar periret, cui per sortem sors illa amara obtigerat, ut peritura navis exoneraretur. Pericles vero (teste Plutarcho in apoph:) amico roganti, ut pro se futurum testimonium diceret, se quidem amicum esse dixit, sed usque

usque ad aras. & Puhilus a Val: Maximo relatus, a-^{25.}
mico quid iniustum a se postulanti, & quod negasset ex-
probranti, christiane licet paganus reposuit: & quid
tua mihi prodest amicitia, si inhonesta propter be-
facere cogar.

Sicut equi virtutem in bello dignoscimus, sic amicum ^{Similito.}
in adversitate; & ut navis priusquam usui nobis sit
diligenter examinamus, ita antequam utamur ali-
quo ut amico, sedulo eum probemus: nam, quem ad-
modum unus sine altero non vertitur ad objecta ocu-
lus; sic & unus amicus idem cum altero inveni, & vel-
le debet; falsi enim amici non secus ac baculi arun-
dinei franguntur, si innitamus, nosque deserunt,
ut argentum vivum etsi auro copulatum id deserit
si in ignem immittatur.

Media ad fovendam amicitiam veram veram sunt ^{Media}
in primis timor Dei, & virtutum exercitium; deinde
Mansuetudo & affabilitas, Communicatio bonorum,
Tolerantia malorum pro amico susceptorum, ac con-
sensio voluntatum. Dixi veram: quia amicitia
quia non est in Deo fundata ficta est, fallax, & inces-
tutionem potius tendens animarum, & saepe ipsorum
corporum. Hinc Max: s: de Amicit: dixit: Vera amicitia
tria requirit maxime, virtutem tanquam hones-
tam; familiaritatem ut jucundam, & usum tanquam
necessarium, sic sit, ut non exercitus (ut recte aiebat
Sallustius in Jugurt:) neque thesauri praesidia regni
sint, sed amici, quos neque armis cogere, neque auro
pa-

26 parare queas; officio & fide parantur, ut dicat ipse Cicero: nihil melius datum est homini a Diis immortalibus quam amicitia; quia ut fert axioma: Amicus est alter ego, & Amicorum omnia sunt communia.

Auctores.

Vide Aristotelem in magnis moralibus, Tullium in Latio, Langium, S. Franc. Salesium in introduct: ad devot: vitam, Bernardin: Rosignolum de discipl: christ: perf: l. 4. c. 27.

Titulus X.

Amor sui

Definitio

Est inclinatio voluntatis ad proprium bonum appetendum; ideo que vocari solet amor concupiscentie ad distinctionem amoris amicitiae, quo non proprium, sed alienum praecipue intenditur bonum. Amor iste vitiosus est, si ad mala in sui favorem patranda inducat; si vero propriae animae bonum appetat bonus est, & laudandus. de pravo in posterum praecipuus hic erit sermo, cujus actus sunt potissimi: se profine habere, nolle subesse, honorem quaerere, fugere contemptum, habere privata, & reliqua, quibus proprios sensus delectari quis appetit, quaerere, desiderare, & toto affectu possidere, vel intendere.

Actus

ex 4. script: 1. Cor: 2. Animalis homo non percipit ea quae sunt Spiritus Dei; Gen: 8. Sensus, & cogitatio hominis ad malum prona sunt ab adolescentia sua; Joan: 12. Qui amat animam suam perdet eam; 1 Tim: 3. In novissimis diebus erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati superbi, &c, voluptatum amatores magis quam Dei; Prov: 29. Qui deliciae a pueritia nutrit servum suum,

(hoc est corpus suum) postea sentiet eum contumacem)

S. Aug: e 14. de SS. Trin: Sic condita est mens humana, ca. 17.
 ut nunquam sui non meminerit, nunquam se non dili-
 gat, Th: Kempens: l. 3. c. 9. imit: ubi seipsum aliquis qua-
 rit, ibi a Dei amore cadit, . S. Aug: tr: 91. in Ioh: Si ma-
 le amaveris (vitam tuam, vel teipsum) tunc odisti, si
 bene oderis, tunc amasti, . S. Basil: stipendium amoris
 proprii mors est initium omnis mali, . Max: apud Lidov:
 Gran: loc: com: Amor sui, est corporis ratione carens amia-
 tia, unde nascitur universus malorum numerus, ipse ex
 Aug: Ser: 47. in Matth: 17. prima hominis perditio fuit, &
 in Man: c. 26. ipsum vocat totum hominis malum, quare
 S. Leo apud Lyraeum dicit: Tanto amplius se quisque amat,
 quanto amplius se pro Dei amore non amat, Miras ha-
 bet circa hoc sententias obuius de Imit: christi libellus l. 3.
 cc. 11. 27. 53. ☉

in vita S. Fr: Salesti legimus, eum dicere solitum, se, si Exempla
 vel levem aliquam proprii amoris festucam in corde suo
 residuam nosset, illico eam ferro, flamma que persecu-
 turum. & B. Angela de fulgino plus ab amore pro-
 prio, quam ab ipso daemone sibi metuebat, ut qui ni-
 si per eum, nihil in nos potestatis habeat. Fridericus
 Imperator, victus in Hungaria hostibus, magnum inquil-
 obat, actum est opus, nunc autem majus restat, ut scilicet
 nos ipsos, & proprium amorem vincamus. sic de eo Ly-
 raeus l. 2. Apoph: S. Ignatius de Loyola interrogatus de
 meliori in virtutibus proficendi via, assignavit sui
 cuiusque victoriam, ut refert Bartolus l. 4. vit: 5. 27. S.
 Fr: Xaverius ex Lyrae sup: assiduo in ore habebat, &
 suis

suis inculcabat: vince te ipsum, & addebat: si hoc fiat, sufficit. & S. Fr. Borgia, quidquid proprio amori contrarium esset, sibi amicum charissimum vocitabat.

Similia.

Est Amor sui sicut vulpes, quæ mortuam se simulat, ut gallinas occupet: hinc sponsa ait Cant: 2. Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas. Sicut apes amati proprii mellis pungunt invasores; sic sui amatores, impetunt in eos, qui sibi se aut sua, vel leviter tetigerit. & sicut ferrum se destruente generat rubiginem, sic amor proprius propriam vitiorum suorum rubigine necat animam: impedit namque Dei cultum, perfectionem propriam, & Religionis augmentum ac pacem: cuius remedia sunt Amor Dei, studium propriae perfectionis, ac sui perfecta in Deum resignatio. quare S. Cath. Sen: in Dial: dixit: Tantum quisque vivit Deo, quantum moritur sibi. ~

Medic.

Titulus XI.

Angelus.

Definitio.

Est substantia creata, spiritalis, intellectiva, completa. Dividitur in tres Hierarchias, & novem Choros, ut fert communis divisio ex S. Dionysio excepta, & omnibus obvia; sicut & officiorum diversitas, quæ Deum & homines respicit: Angelorum numerus, etsi finitus, nobis est præ multitudine innumerabilis jure comparatus stellis cæli, arenis maris, & terre atomis foliis & herbis. ~

Divisio.

Numerus.

ex S. Script.

Ps: 102. Benedicite Dñm omnes Angeli ejus, Apoc: 2. Michael & Angeli ejus præliabantur cum dracone, & c. s. Numerus eorum millia millium. Luc: 2. Facta

ta est cum Angelo multitudo militie caelestis. Exod: 29.
13. Ecce ego mittam Angelum meum, qui praecedat te
& custodiat in via, & introducat in locum, quem praeparavi; observa eum, & audi vocem ejus. Judith: 13.
Vivit Dominus, quoniam custodivit me Angelus ejus, &
non permisit me Dominus ancillam suam conquinari.
Dan: 6. Deus misit Angelum suum, & obturavit ora
leonum, & non nocuerunt mihi. Isa: 62. Super muros
huos Jerusalem constitui custodes, tota die & nocte
in perpetuum non tacebunt.

S. Aug: in Ps: 102. *Tanta est Angelorum in exequendo* *ex Patribus.*
velocitas, & intentio, ut nescias pene, quid prius est,
vox ne sermonum Dei, an illorum in exequendo celeritas.
S. Bonav: s. 1. de Ang: Vide quanta sit Angelorum
charitas, qui in caelo empyrea creati, tanquam in loco
sibi convenienti, habitant nobiscum in terra. Eleaster
in 28. Gen: Cavendum est nobis a malis factis
aut verbis, cum sciamus Deum ad nos incessanter
Angelos destinare, qui omnia nostra bona & mala
eidem renunciant. S. Laur: Justin: c. 16. do vit: sol: Noli,
o homo, custodis tui Angeli benevolentiam spernere,
suffragium abjicere, & ignorare consilium.
Attende diligenter, tibi assistunt Angeli a dextris boni,
a sinistris mali, eorum singuli ut te rapiant ad se.
S. Aug: s. 46. ad frat: Angeli Domestici Dei sunt, Caeli
cives, Principes Paradysi scientiae magistri, Doctores
sapientiae, idem ibid: Isti sunt, per quos sustentamur,
per quos in mari & in terra juvamus, per quos in
an-

30. angustis consolamur, & ad infirmitatis liberamur
& Solil: 27. Grandis est eis cura de nobis, magnus est affec-
tus dilectionis erga nos, .S. Tho: Villan: ser: 2. de S. Michael:
Pesimi daemones nostram cupiunt perditionem; Ange-
li autem e converso has truculentos bestias a nobis abi-
gunt, .S. Bern: S. de Ang: Simus devoti, simus grati tan-
tis curis odibus, redamemus eos quantum possumus, tan-
quam futuros aliquando coheredes, & nostros interim
Actores & Titores a Patre positos, & prepositos nobis;
& in Pf. Qui habitat: in quovis angulo Angelo tuo
reverentiam exhibe, nec audeas illo presente, quod
me vidente non auderet, &

Exempla. In civitate quadam Diocesis Trajectensis, ut in Spec:
Exempl: dist: 14. ex: 9. habetur; cum juvenis quidam alius
se sociasset juvenibus discolis & lascivis, inde que flore
virginitatis amisisset, domum rediens, Angelum formo-
sissimi juvenis specie obvium, habuit, qui accedens,
alapa que infligens severa monitione correxit, ac
disparuit. = In Bæd: Christ: t. 2. p. 1. c. 4. sect: 5. n. 2. re-
fertur, quod apud Lucanos in Hetruria ancilla que-
dam Siba nomine, cum e templo serius ad coquendas
panes domum redisset, Angelus interim massam
subegit, formavit, & panes paravit, ut mox in
olibanum mitti potuerint. S. Codratus (ut narrat
Hadasian: Ang: heb: 17. v. 6.) adhuc infans, cum ad-
huc in cunis matrem amisisset, Angelus illi nutriti-
us fuit, qui e nube ipsum caelesti lacte pavit, & edu-
cavit ad eam indolem, ut cantans pergeret ad marty-
rium.

rium. *Evangelio* pueri morti proximo extremam *St. Engelgr. in pag. 5. Mich. 2*
unctionem Angelus contulit. Pro Theodosio Impera-
tore contra persas pugnarunt Angeli, & vicerunt.
ut Baronius habet ad an. 420. P. Bernardinus Gut-
nagus Soc. Jesu frequentissime suum Angelum vide-
bat, a quo, quocumque in occasione peccati etiam
venialis fuit, admonitus est. Ita in eius vita. ~
Sunt angeli nobis, ut civitatibus praesidia, in Aulis *Similia.*
Principum Aedificum, urbibus munitiones fortissime,
ut filio mater, ut pupillo tutor, ut erranti reduc-
tor, ignorantia magister, ut amico amicus, caeco
lumen, immo & ut Domino servus; quae omnia *Motiva.*
vere efficaciter nos debet ut nostros Angelos reverea-
mur, colamus, redamemus, audiamus, sequamur,
& imitemur, ne ut incurabilem Babylonem, nos
deserant, sine quibus arctae caeli via terminum at-
tingere non valemus. jure illud Tobiae 12. dicere
possumus de tanto Custode: Quam mercedem dabi-
mus ei, aut quid dignum poterit esse beneficiis ejus;
in ipso namque dedit nobis Deus Clypeum salutis
nostrae 2 Reg. 22. Videte (monet Christus ipse *Matth. 18.*)
ne contemnatis unum ex his pusillis quia Angeli eo-
rum semper vident faciem Patris & ubi de Angelis par-
vulorum potius loquitur Dominus, ut innotescat, ait Chrysos-
tomus: Custodes Angelos non acceptare personas, sed de
quavis a Deo sibi commissa aequalem habere curam
ut de ipsius Dei imagine. ~

Sed & ipsi Gentiles agnovisse videntur Angelorum
custodiam, ut Seneca Ep: 3. Epictetus L: 1. c. 14. & alii.
Auctores. Vide Drexelium, Alberlinum, Labatam, Petrum Benne-
quin, Langium, Mathiam Fabrum, Henr: Engelgrave,
Beyrlinck, Greg: Schererum, &c.

Titulus XII.

Anima.

Definiri solet: Actus corporis organici, potentia vita
rationalem habentis; tres habet potentias memoriam
intellectum, & voluntatem; & tres proprietates Invisi-
bilitatem, Spiritualitatem, & immortalitatem: est ta-
men à suo corpore separabilis, ut omnibus mortuorum
animabus accidit usque dum in universalis iudicii
die corpori iterum coniungantur.

2. Cor: 12. Factus est primus homo in animam viventem,
novissimus Adam in spiritum vivificantem. Sap: 11.
Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt Dñe, quia
amas animas. Matth: 10. Nolite timere eos, qui occi-
dunt corpus, animam autem non possunt occidere,
sed potius timeate eum, qui potest & animam & cor-
pus perdere in gehennam. Marci 8. Quid proderit
homini, si lucretur mundum totum, & detrimentum
animæ suæ faciat; aut quid dabit homo commutationis
pro animæ suæ. Eccl: 37. Est vir sapiens animæ suæ
sapiens, & fructus sensus illius laudabilis, & Noli in
vita tua tenta animam tuam, & si fuerit nequam,
non des illi potestatem: non enim omnia omnibus

expediunt, & non omni animæ omne genus placet, &
 S. Greg: l. 4. Dial: Quidquid in corpore vidisti for-
 titudinis, pulchritudinis, sapientiæ, totum ex animæ vir-
 tute ac fortitudine procedit. Hugo Viet: in anima
 creator est, siue ipsa est mundus propter ipsam, factus;
 supra ipsam Deus, a quo, & ad quem, & propter quem
 ipsa facta est. S. Aug: l. de anim: quant: c. 2. Tanto ma-
 jor est omnibus creaturis, quanto ipsa magis confor-
 mis & similis Deo, Nihil inter omnia quæ creavit,
 Deo est propinquius ipsa, & ser: 48. ad. 7. Anima hu-
 mana omnium creaturarum naturam participat. S. Greg:
 Hom: 29 in Evang: Anima similis est terræ per sensu,
 aquæ per imaginationem, aeris per rationem, firma-
 mento per intellectum, cælorum cælo per intelligen-
 tiam. S. Ambr: l. 6. ex: c. 8. Cognosce te, decora anima,
 quia imago Dei es, cognosce te o homo, quia gloria
 es Dei; audi quomodo gloria: Propheta dicit: Mirabi-
 lis facta est cognitio tua ex me; hoc est: in consilio ho-
 minis hinc sapientia prædicatur. Hugo Card: in prov:
 Dicitur anima templum Dei, & multis rationibus:
 nam in anima fidei Deus ut in templo adoratur, sa-
 crificia offeruntur: sacrificium Deo spiritus contribu-
 latus Ps: in ea sunt cruce inhius & extra; inhius per
 memoriam Passionis, extra per imitationem: in ea
 reliquie reponuntur Sanctorum, eorum gesta imita-
 tioni reservando; daturque aqua benedicta lachry-
 marum, quibus & fugatur diabolus. Isid: l. 1. de sum:
 bon: o homo, quid miraris siderum altitudinem, &

1. Cor: 5. Nihil
 quia tempore
 Dei estis.

3

profunditatem maris? animi tui abissum intra, & mirare si potes. S. Chrysost. ho. in Ps. 78. Vis scire quantum sit pretium animarum nostrarum? redempturus eam Unigenitus, non mundum dedit, &c. sed suum pretiosum sanguinem: quocirca dicebat Paulus: *Empli estis pretio magno.*

Trismegistus in Asclepio: *Anima horizon est æternitatis & temporis, qua enim immortalis, æternitatis est particeps: qua verò corpori a Deo infusa, particeps est temporis.*

S. Bern: serm: de mis: humi: *Miser homo, ut miserum pascas corpus, sollicitus laboras; & pro anima tua, quæ Deo presentanda est in cælis, cur non sollicitus fatigaris?* S. Chrys: ho: 22. in Gen: *Quare non sicut visibilibus corporis gerimus curam, ita & animæ, quæ incorporea & invisibilis?* S. Laur: just: L. de spir: an: inter: *Nihil rationabili animæ pretiosius, nihil que possidendū est charius, quæ Dei est ornata imagine, Christi redempta sanguine, atque S. Angelorum felicitate ditanda.*

Exempla.

Christus S. Carpo Cretensium Episcopo (sur: in ejus vita) revelavit tanti se facere quamvis animam, ut pro ea denuo mori, imò & inferni tormenta sustinere paratus sit. Pennequin p. 2. isago: c. 27. refert, quod B^o Hierseo aliquando Angeli dixerunt, unicam Beatis in cælo trisittiam, id est, displicentiam nasci de perditione animarum. In vitis P. de quodam Eremita scribitur, quod cum fortuito mulieri elegantissime ornata occurrisset, propriam tacitus reprehenderit animam, dolendo, quod eam virtutibus non adornasset ut placeret

ret Deo, sicut illa corpus vestibus, ut placeret homini³⁵
bus. S. Franc: Xaverius, cum per Baphtismum in caelos
quemdam parvulum transmisisset, dixit, hoc sibi premi-
um pro tot laboribus in iudicio itinere susceptis sufficere,
quod nempe animam unam caelo fuisset lucratus.
Et sane Anima optime Divinas representat perfectiones, *Motiva*
in tribus suis potentis Trinitatem, in sui unitate Unita-
tem; in modo corpori informandi, immensitatem, in dura-
tione, Aternitatem; in regimine Providentiam, in li-
bertate Omnipotentiam; in sui cum corpore unione
Divini Verbi Incarnacionem. Estque in nobis ut pu-
pilla in oculo; Rex in palatio, fructus in cortice, au-
rum in arca; fux in laterna. & quidquid de Spon-
sa dicitur in Canticis Canticorum perophime posunt ani-
mae rationali accommodari, quam ut sponsam, debemus
amare, zelare, & custodire. S. Chrysost: hom: 21. in c. 8.
Matth: Si queras cur ab Energumenorum curacione
potius, quam aliorum infirmorum, excorsus fuerit Dominus,
quia videlicet major cura est ei de salute animae, qm
corporis, & ipse Cicero Ep: 8. dixit: Cogita in te, praeter
animum nihil esse mirabile, cui magno nihil est mag-
num, & Stilpon interrogatus, quem hominem iudi-
icaret stultissimum; hominem, respondit stulti-
dum, & animi sui negligentem. & juvenalis sat: 8. ce-
cinit: Summa crede nefas, animam praefere pudori.
Vide Franc: Labata, Drexelium, Beyrlinck, Jos: *Auctores.*
Languim, Ant: Daurolkium in Catech: histor: c. 8. tit: 11.

30

Tit:

Titulus XIII.

Ascesis

Definitio. Scientia est perfectionis consequenda directiva. Quoniam autem nostrum hinc Exemplar solito fusius, sermonem protendit, ut hujus quoque Scientiæ verus Magister; mihi minimo discipulo ac inexperito, judicavi suffecturum ad præsens intentum, si quas latius explicat maximas ac doctrinas Asceticas unice hinc transcribere mihi potius meditandas, quam aliis explicandas, Prius referam quæ vocat Dicta, dein quæ Præcepta nominat Ascetica.

Dicta seu Axiomata Ascetica

*
 Relate.
 ad
 Deum.
 3

1. Nemo bonus, nisi solus Deus. Luc: 18.
2. Deus meus & omnia! S. Franc: apud Dur: 4. Octob:
3. Reclina nos, Dñe ad te; & inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. S. Aug: L. 1. Conf: c. 1.
4. Minus te, Dñe, amat, qui præter te aliquid amat, quod non propter te amat. idem L. 10. Conf: c. 24.
5. Quales impetus habebas ad mundum, tales habebas ad Artificem mundi. S. Aug: (S. Aug:
6. Diminutio cupiditatis argumentum est charitatis.
7. Tantum quisque vivit Deo, quantum moritur sibi. ita Christus S. Catharina Sen:
8. Non est malum in civitate, quod non fecit Dñus. Amos: 3. scilicet permissive.
9. Non amor non amatur! P. Jacoponi interrogatur cur folies suspiraret in carcere detentus?
10. Non diligit utilitatem suam, qui Deum non diligit.
11. Non recte novit Deum diligere, qui non scit relinquere Deum propter Deum, obediendo scilicet. S. P. Ignat:

12. *Iustum est hominem subditum esse Deo? Machab: 9. 37.*
ita impius tandem subditur Antiocho.

Relate ad se ipsum

1. *Tantum quisque se amat, quantum se odit. S. Aug: in Math: 10. v. 39.*
2. *Tantum proficies, quantum tibi ipsi vim intuleris. Th: a Kemp: L. 1. imit: c. 25.*
3. *Non est pax impiis. Isa: 48. v. 21.*
4. *Nullum malum, nisi peccatum. ex doct: S. Pet: Ep: 1. c. 3. 13.*
5. *Nemo laeditur, nisi a se ipso.*
6. *Si vis vitam, muta vitam. S. Aug.*
7. *Sape videtur esse charitas, & est magis sensualitas. Th: Kemp: l. 1. c. 45.*
8. *Non habitus, sed vita facit Monachum. Kemp: l. 1. c. 17.*
9. *Scire Deum sola vera scientia. 1. Cor: 2.*
10. *Una est vincendi ratio, laetitia spiritualis. S. Anton: apud P. Vico: Carafa de vera laetitia*
11. *Creaturis quasi memorialibus utendum. S. Fr: P. org.*
12. *Horæ vitæ negotium est æternitas. ita Mater S. Symphoriani martyrio jamjam cruciandi*
13. *Aut pati, aut mori. S. Theres:*
14. *Contra minas & convitia veritas & patientia, & in bene agendo perseverantia sunt arma omnium potentissima. P. Jac: Laynez.*
15. *Omnis terra, & nulla terra nobis patria est. P. Vinc: Carafa Ep: ad Soci.*
16. *Subitus calor longum teporem vincit. S. Hier: Ep: ad Paulã*
17. *Qualis vir, talis oratio! Martini Braccharens: in Max:*
18. *In Societate obedientem, & sanctum esse una res sũt. P. Vincent:*
19. *Totum summum, totum perfectum. Idem Ep: ad Societ.*
20. *Non res sibi, sed se rebus submittere oportet. S. P. Ign:*

- 38.
21. Non qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. *2. Cor: 10.*
 22. Qui gaudet laudibus, perdit laudes. *Wigo de tranquill. animi c. 7.*
 23. Quidquid agant homines, intentio iudicat omnes. *Con mite Ascensionis*
 24. Quid sis interest, non quid possideas. *Mart: Brachar:*
 25. Non quam multis placeas, sed quolibet stude. *Idem.*
 26. Facillime bonus eris, si ea vitaveris, quae vituperaveris. *Idem.*
 27. Nihil impudentius anima cupiente in vanitatibus confoveri. *Wigo sup: c. 10.*
 28. Occasio hominem fragilem non facit, sed qualis sit ostendit. *Kemp: L. c. 16.*
 29. Omnis malorum radix, meum ac tuum. *Brachar:*
 30. In Christianis non laudantur exordia, sed finis. *S. Hieron: L. 1. contra Iovin:*
 31. Nullum consciunt horum peccatorum magis timueris, quam teipsum. *Mart: Brachar:*
- Relate ad proximum*
1. Da mihi animas, cetera tolle tibi. *Na Melchisedec zelo plenus Gen: 14. v. 21.*
 2. Pluris facienda est sanitas Fratrum corporalis, quam omnes mundi thesauri. *S. P. Iga:*
 3. Gubernatio & crucifixio non re differunt. *P. Vincent:*
 4. Charitas & prudentia facit, ut omnium Maliorum simus. *P. Jac: Saynez Ep: ad Pet: Canisium*
 5. Cum proximo agendum, ut cum sclopeto. *S. Fr: Borg:*
 6. Dilige, & dic quod vis. *S. Aug: tr. 7. in 1. Joan:*
 7. Oratorem te puta, si quod alios doces, tibi ipsi persuaseris. *Mart: Brachar:*
 8. Talis esto erga omnes, qualis erga te veritas existit. *Wigo sup: c. 15.*
 9. Curam, non curationem exigit ab operariis Deus. *S. Bern:*

10. Ad conversionem animarum aptior est bonus orator, quam disertus concionator. P. Vinc. l. 2. c. 13.
11. Vires tuas amici magis sentiant beneficiis, quam injuriis. Bracharens:
12. Magnarum rerum, etsi successus non fuerit, honestus est ipse conatus. idem
13. & conversatione ingressus aliis concedendus, exitus sibi reservandus. S. P. Ign.
14. Tanti per nos operabitur Deus, quantum se nostra in eo fiducia extenderit. S. Bern. in Ps. Qui habitat.
15. Quantum nos addiderimus ad studium, tantum ille (Deus) apponet ad adiutorium. Casarii l. 3. ad Monach:

Facta Ascetica

Hic per facta ascetica intelligit Exemplar nostrum actiones virtutum heroiciores generosam sui victoriam involventes, quarum nos huc aliquas solum, ac intentam brevitate attingemus

Factum 1. Abstinencia heroica Jo: Rho. l. 7. var. Hist: S. Joannes Gualbertus ingenti laborans siti, non gustavit aquam limpidissimi fontis, prope quem iter agens parum requievit, solumque pedes ac manus lavare voluit.

2. Amor heroicus pie insanians

Hoc aestuabat S. Maria Mayo: de Pazzi dum cunctis acclamaret de Deo suo loquens: O Amor! Amate hunc amorem mortales, amate! idem. l. 1. c. 1.

3. Amor heroicus admirandus.

P. Henr: Henriquez Soc: Jesu dicere solebat alia se non horrere inferni tormenta, praeter audire blasphemias in Deum suum idem ibid: n. 11.

4. Castigatio corporis heroica

An-

40. Antonius Cursus Capucinus sibi semper iratus carnem
flagellabat in 5 horarum spatio 6666 plus. *Rho sup. v. 26.*

5. Constantia heroica

Joannes Perezius ob semi corruptos dentes a Ordine Prae-
dicatorum repulsam passus, omnes ad unum sibi evelli
curavit, ut ingredi mereretur, & obtinuit. *Rho. l. 2. c. 15. n. 17.*

6. Contemptus heroicum desiderium

S. Joannes a Cruce hoc unum a Deo sibi praemium expos-
cebat: *Dñe, pati & contemni propter te.* *Lyrar. in hypopoc: 6.*

7. Dilectio heroice exoptata

Quam quidam Dei servus in eo possessit gradu ut a Deo pe-
teret & obtineret sibi ingentes auferri quibus ante fruebatur
caelestes illustrationes. *Blevis c. 1. Monil. spir: ~*

8. Dilectio offensas proximi heroice dissimulans

Pimenius Eremita sanctissimus illud *Joan. 15. v. 4. Ma-*
jorem charitatem &c. sic interpretabatur: ille pro ami-
co animam ponit, qui contumelia impellitur tacet ~
Penneq: Isagog: dis: 7. n. 24.

9. Dilectio heroice & fructuose sui prodiga

Cum multi a Scitilia Prorege morte essent damnati
inopinata sententia, unus eorum carnificibus dixit:
me primum mactate qui heri mensae divinae accubui,
aliis date locum se ad mortem parandi, ita factum est
& Principis ira inde placata. *Idem l. 1. c. 3. n. 10.*

10. Dilectio heroice intrepida

E Caroli disciplina Sacerdos inter Cadavera et semivi-
vos pertransiit intrepidus, ut unum illorum sacro refi-
ceret Viatico. *Rho. loc. cit: n. 11.*

11. Dilectio inimici heroica

S. Thomas de Villanova a se juste castigatum clericum
ideo de se calumniantem de Quasitorum iudicio a-
manter

manfer eripuit, & miris affectit blanditiis. Rho. l. i. c. v. n. 6.

12. Dilectio heroica, erga infirmos.

Alexander Luzaga nobilis Brixienſis moleſtiſſimis curandis, & inſerviendis inſtitit inſirmis, donec quaſi in viſu a Deo ad præmiũ laborum evocaretur. idem. l. i. c. 6. n. 4.

13. Dilectio ægrorum heroica, ſic que ſecura.

Herſinandus Panormi Proregis filius inſirmis juven- dis aſſuetus, cum ſemel leproſi ſæditatem ſibi non ſerre vi- derehur, ſibi ipſi iratus, plagas exoſculari, & putrido earum liquore os faciemque lavare cæpit ſui victor egregius. ibid: ns.

14. Dilectio heroica & illuſtriſſima inſirmorum.

Guillelmus pius Bojaria Dux inter mira circa inſirmos charitatis & humilitatis opera, tres continuo quibus do- mi ſamularetur, ipſe, curabat habere ægros ex inſe- tioribus in honorem S. Trinitatis. idem. n. 12.

15. Dilectio heroice ſacunda.

Aloyſius Velasquius nobilem amicum fruſtra aliis mediis tentatum, ſemel piis lacrymis & adhortationibus a turpi libidine revocavit. idem l. i. c. 3. n. 14.

16. Dilectio heroica & ingenioſa.

S. Fr. Xaverius ut induratum quemdam ad Confefſio- nem & peccatorum pænitentiam factu compelleret, quæ non poterat convincere verbo, cruentis ſe coram illo cru- cavit flagris, & ſuo ſic effuſo ſanguine movit. ibid: n. 2.

17. Dilectio heroica & zelosa.

Rho ſup: n. 4.

Didacus a S. Iago Soc. Jeſu maris undis hauſtus eſt ut alium naufragantem ſacris pænitentia lavaret undis. idem quid. oe. P. Fr. Roderico refert idem Rho. n. 6.

18. Dilectio heroica purgantium animarum.

P. Henr. Monſoyius e Soc. quidquid ſibi in refrigerium eſſe poſſet in alia vita pro conſpiciendis animabus liberaliſſime ex hac vita Deo obtulit. idem l. i. c. 4. n. 3.

42. 19. Docilitas heroica rara

P. Fr. Suarez illud Eximia Sapientiae lumen Discipulorum suorum & censuras admittebat, dictis que & correctionibus scripta sua submittebat. Id. Rho. l. 9. c. 4. n. 7.

20. Educatio heroica & pia

Severa & pia Joannis Gersonis mater, hunc edocebat a periculis, ut quidquid cibi vel potus interdum appetere, id a Deo humilibus exposceret precibus, quas ne frustratas crederet, ingeniose ipsa quidquid infans postuleret furtim in ejus similitudinem ab alto eiciebat. Idem l. 5. c. 10. n. 10.

21. Eleemosyna heroica extraordinaria

Cum S. Thomae de Villanova quondam novus induendus esset thorax, ubi a sartore accepit 4 aureas valere, apage inquit, hoc ego argento totum pauperem induissem, ac thoracem vendi, sibi que vilissima e linea, 4 denariis confici jussit, ut pretii reliquum sibi maneret pauperibus distribuendum. Idem l. 4. c. 13. n. 14.

22. Fiducia in Deum heroica

Joannes Avila paupertatem egregiam professus aiebat, sibi optimum semper fundum fuisse illud Christi promissum Matth. 6. Quae sit primum regnum Dei, & haec omnia adjicientur vobis, neque mensuram hanc unquam fefellisse. Idem l. 3. n. 2.

23. Fortitudo heroica, & invicta

Hanc ostendit Jos: Leonessanus Capuccinus qui atrocissimis occisus est tormentis apud Turcas qui bus ad Christum convertendis intrepide se intromiserat. Idem l. 6. c. 2. n. 3.

24. Gratiitudo heroica & insolita

Eleonora e Ducibus Mantuanorum oriunda, inter suos numerabat beneficos pauperes artifices quoquo modo sibi ex pretio inseruientes, pro quibus Deum intense orabat ut pro insignibus benefactoribus. Idem l. 4. c. 8. n. 6.

25. Gratiitudo heroica premiata

In Expeditione Cronzonica Anglus quidem Hispanū
a quo in Belgio olim se defensum meminerat, noluit
interficere licet licet omnes occidendos jussisset. Aumon-
tius Exercitus Marescallus, qui tantam miratus grahidi-
nem, utrumque liberum abire permisit. *Jacō. sup. n. 13.*

26. Humilitas heroica.

S. Philippus Nerius nil se vita aeterna dignum fecisse exis-
timabat, nec illud S. Martini: Dñe si adhuc populo tuo sū
necessarius, se unquam dicturum aiebat, qui nec ulli vel ufi-
lem se credebatur. *Pet. Penneq. Itaq. p. 2. c. 18. n. 78.*

27. Jejunium heroice defensum.

Stanislaus Hosius febrī laborans mortali, nunquam
adduci potuit ut quadragesimale carnibus frangeret je-
junium, cuius zelo & amicorum viciā blanditijs, & metu
medicorum, atque ipsius morbi vim. *Rho. 6. 7. c. 6. n. 2.*

28. Intentio heroica.

Quaedam mulier una manu torinas ardentes, alia a-
qua amphoram gestabat, ut, aiebat interrogata, illis calū
exureretur, istā extingueretur infernis, solaque Dei gloria
pure intenderetur ab hominibus. *Nadess. in astro Hebr. 12. n. 5.*

29. Labor heroicus & pius.

S. Bernardus totus quodammodo laborabat exterius, &
simul totus Deo vacabat interius, simul Dei & fratrum
factus servus exactissimus. *vit. c. 7.*

30. Mansuetudo heroica.

Philippus II. Hisp. Rex Litteram quam ad Pontificem lon-
ga meditatione scripserat uno ex secretariis suis dedit com-
plicandam & obsignandam, super quam iste a tramenta-
rium loco arenarii invertit, sed Rex imperterritus novā
denuo scripsit epistolam. *Rho. 1. 7. c. 8. n. 8.*

31. Mendacii heroica fuga

Mathæus Riccius de novo apud Sinas versans noluit
vel usitatam illam jam excusationem pro se adhiberi
qua famuli herum suum quiescere volentem clare dicunt
inuisentibus, non esse domi: quod ut mendacium horrebat,
& omnibus disnadebat. Rho. l. 4. c. 9. n. 6.

32. Misericordia heroica

Margarita Philippi III. Hisp. Regis conjugæ cum paupe-
rem seminidum hieme vldisset, illico jussit a sartore
vestem illi scindi ex panno optimo, quam propriis mani-
bus ipsamet consuit diligentissime. Rho. l. 1. c. 7. n. 1.

33. Morborum heroica tolerantia

Nicolaus Virgo quinquaginta annis jacuit morborum
omnium cruciatibus afflicto, & semper in agone molestis-
simo constituto, & tamen quasi caelesti hydropse plena avi-
de a Deo petebat ultro febres dolores, tumores, &c. Vogel. 28. Maji.

34. Obedientia heroica

Juvenis quidam magni nominis inter Salmarthenses su-
risperitos nomen Carmelitærum strictiorum nascenti fa-
milia dederat cui per doctos legere solito solus a S. Joan:
a Cruce legi præcipitur Christianæ fidei rudimentorum li-
bellus, hoc que more puerorum syllabando: parit strenue
cæteras que exinde virtutes brevissimo acquisivit tempore
Rho. l. 4. c. 6. n. 10.

35. Observantia heroica

Sebastiano Lusinaria Regi data optio est a S. Pio V. ut si-
cut cæteri Monarchæ jam Catholici, jam Christianissimi
sibi vindicarunt cognomina, sic & ipse, sibi titulum selige-
ret accommodatum; optavit que nomen Observantissimi Ec-
clesiæ. idem l. 4. c. 5. n. 13.

36. Occasio vanitatum heroice declinata

joan.

Joannes Vincenſius Hondondæus Peruſini Gymnaſii decus
ut per Bacchanalia a ſolitis condiſcipulorum abſtineret
peſtulanſis, ſparſo rumore quaſi Eugubium abiſſet, domi
ſe ſe abſidiit, nec uſque ad diem cinerum ſe videri paſſus
eſt. Rho. l. 7. c. 12. n. 14.

37. Oratio heroice continuata.

Joanni Bapt: Vitellio corpore pariter ac animo immotis
quindecim ad minimis horas conſtans abſumebat ora-
tio. idem. l. 3. c. 2. n. 13.

38. Patientia heroica inſatiabilis.

ſtaſtina virgo Neapolitana, perpetuis febris jam pen-
exanſta dicebat, quod ſi certo ſciret leuiter eſſormato crucis
ſigno ſe ex toto ſanandam, ad hoc ne digitiſim quidaem mo-
veret ne pati deſineret. id. l. 8. c. 4. n. 6.

39. Patientia heroica admiranda.

Hieronimus Platus Soc: noſtræ ſcriptor, cum piſſima,
quædam quæ prelo deſtinarat ſcripta, inſideratus vi-
laceraret addieſcens, non modo non eſt perturbatus, ſed
& timidum juvenem verbis & factis eſt ipſe conſolatus. c. 8. n. 2.

40. Patientia heroica in injuriis ferendis.

S. a Ripatransone Ord: Min: cum ab alio probris ſemel
oneraretur & contumeliis, palliolo explicato dicebat: huc
illas fragrantiffimas roſas congerito. id. l. 4. c. 3. n. 11.

41. Patientia heroica multiplex.

ingenti patientia hæc omnia toleravit Catharina Godinia
Carmelitana diſcalceata: laborabat febre hectica, continua
phthiſi, carbunculis, morbo articulari, hidrope, iſchiade,
cardiaca, hepatis calore violentiſſimo: quibus adde tot pro-
bis medicorum ac chirurgorum moleſtas æque ac cruen-
tas curationes. idem l. 8. c. 4. n. 4.

42. Patientia heroica mirabilis.

S. Nicolai Romæus calculum quo valide excrucia-
tur

tur, adamantem suum, eximii sane pretii, appellabat
 Jo. Rho. l. 6. c. 4. n. 9.

43. Patientia heroice obediens.

P. Thomas de Blanck, quamvis persuasum habuerit, sibi
 inde moriendum illico, sectioni venæ consensit, ut medicis
 pareret. Bibl. Soc. V. 60.

44. Patientia heroice humilis.

P. Jo. Plaza adeo ab Artride vexatus, ut ne levem unice
 manus tolerare valeret contactum, suis id parum esse pec-
 cati continuo ad Deum vocabat. Joan. Rho. l. 6. c. 9. n. 11.

45. Patientia heroica in persecutionibus.

S. Romualdus nefandi cujusdam sceleris falsissime accusatus,
 calumniam, & varias ejus penas ore tacito, & corde alacri per-
 tulit. S. Pat. Damian. in vit. cap. 49.

46. Paupertas heroice confidens.

Munc sectatus est S. Cajetanus qui suam dum institueret
 Familiam victis contradictionibus quamplurimis, soli voluit
 inniti providentiæ divinæ. Rho. l. 7. c. 11. n. 12.

47. Paupertas heroice prælata.

Maluit Johannes Valesius calculi cruciati'bus ad mortem
 usque pertrahi, quam in sui certa curatione, magnam
 quam Medici exigebant summam impendi. ibid. n. 9.

48. Pietas heroice victrix.

Tarellus renuente patre Capuccinum induerat, & jussus
 post aliquot annos patrem invisere, ingenti ab ipso reci-
 pitur ac dejicitur colapho, sed tanta ipse tunc se gessit er-
 ga patrem humilitate ac modestiâ, ut gratiam ipsius ac
 tenerrima sibi vindicaret oscula. idem l. 4. c. 4. n. 19.

49. Prudentia heroice ingeniosa.

Quidam Capuccinus (cujus non reperio nomen) sympho-
 niacis quibusdam cantici & offensum graviter vulnerati
 lenivit animum, & dolores mitigavit qui videbantur incu-
 rables

rabiles Jo: Rho. l. 5. c. 1. n. 6.

50. Religio heroica

Mancinellis statim rejectam ab agro S. Eucharistiam
hanc aliis permixtam sordibus genereose absorbet. l. 3. c. 1. n. 11.

51. Resignatio heroica in Div. voluntatem

S. Franc: Salesius verbo & opere semper exclamabat: *Omni
me libertate aliquid volendi addico, unicum mihi reservo de-
siderium conformandi me voluntati Divinae.* Penniq: 1599. p. 1. c. 24.

52. Alia resignatio heroica

Canobita quidam qui se & omnia Divina omnino subjece-
rat providentia, istud ex corde heroicum edidit dictum: si
scirem Divino decreto jam constitutum, ut ad inferos detru-
deret, & destruderer, nollem, vel unico momento Dei voluntati
obstistere. Penn: ibid: c. 26. n. 21.

53. Resignatio heroica caelitus approbata

P. Joan: Hieronimus e doctore nostra. Cum adversos omnes
eventus possibles orans recogitaret, ad hoc unum aliquale
sentiebat repugnantiam, si a fidei Quaesitoribus aliquando
ut reus requireretur, sed tandem & ad hoc se paratum
magna sui victoria constituit; cum ecce revera, ex falsa
accusatione a S. Tribunali suspenditur ab apostolicis
ministerijs, usque eum tacentis Deus honorifice mani-
festaverit innocentiam. Ibid: c. 7. n. 4.

54. Scientiarum amor heroicus

Eluxit in Augustino Steenio, qui licet omni ex parte in-
gratam senserit fortunam, miris pene scientias omnes ac-
quisivit diligentis, innumeris difficultatibus superatis,
ut refert Jo: Rho. l. 7. c. 12. n. 1.

55. Tristitia heroice correctae

Vir quidam nobilis, juste morti ignobili damnatus
in Hispania anno 1583. tanta, ex ejus apprehensione

48. afficitur tristitia, ut inde moriturum prius crederent;
sed cum per sacramenta disponitur ad obitum, repente
mutatus jam mortem promeritam & graviora exoptat
tormenta, ut & divina ad placitum Satisfaceret iustitiæ.
Penneq. p. 2. c. 9. n. 4.

56. Temporis heroica parsimonia
Angelus Paxius Ord. Min. celerissime singula operabatur
nec unquam adducit potuit ut vel aliquam moram aliqua-
do faceret quin tempus fructuose impenderet. Rho. l. 5. c. 11. n. 5.

57. veritatis amor heroicus
Ruvius cum propriæ auctoritatis ac fortune detrimento
noluit vel ipsi Regi consentire, aut auctoritatem assentiri
opinionem, ne veritatem læderet. idem l. 4. c. 9. n. 8.

58. Victoria sui generosa.
Neapoli puellæ nobilis & dives pactis jam omnibus ad
conveniens conjugium, repente conversa non dubitavit
coram magno assistentium cœtu, paratè nuptias respice-
re, & se solius Christi sponsam profiteri. Penneq. p. 2. c. 16. n. 12.

59. Victoria sui heroica sanguinea.
Joannes Bapt. Faentinus Capuccinus semel tanto conatu
iracundam repressit indolem, ut copiosum ore sanguinem
effunderet e rupta inde pectoris vena. Rho. l. 7. c. 8. n. 15.

60. Vota heroica Deo oblata
Joannes le Posier de societate Jesu vovit se semper actu-
rum, quod ex majori Dei gloria futurum erat. P. Ludov:
a Ponte de abstinendo etiam a leviori peccato, & P. Jo:
Falco, se nunquam sensui sed soli necessitati in cibo &
potu obsecururum. Biblioth. Soc.

Auctores. Ascetæ videndi præcipui sunt: P. Jac. Alvarez de Paz
Paulus de Barry, Daniel Bartolus, Cardin. Robertus
Bellarminus, Theophilus Bernardinus, Thomas le
Blanc, Petrus Canisius, Vincentius Carafa, Joannes
Crom-

Crombecius, Philippus D'Outreman, Julius Fabius,
 Ant: Gaudier, Jac: Haulinus, Julianus Heyneus, Ni-
 colaus Lancizius, Leonardus Lessius, Jac: Munfordus,
 Joan: Eusebius Niembergius, Julius Nigronius, He-
 ronimus Platus, Lucas Pinellus, Ludovicus de Ponte,
 Petrus Pennequin, Alphonsus Rodriguez, Theophilus
 Reynaudus, Hugo Roth, Jac: Salianus, Jo: Baptistae
 Saint-Jure, Caspianus Scribanius, Ant: Alphonsus Sarus-
 sa, Ant: Suquet, Zacharius Trincellius, omnes de
 Societate nostra citati in Bibliotheca Scriptorum
 nostrorum, quos unice hic citandos duxi, apud quos
 Extraneos facile reperire erit laudatos simul & accu-
 rate citatos. Ascetas.

Titulus XIV.

Avaritia

Est inordinatus divitiarum appetitus, juxta S. Tho: Definitio.
 2.2. q. 118. a. 1. versaturque teste S. Aug: vel circa bo-
 na aliena sibi injuste approprianda, vel circa pro-
 pria immoderate accumulanda. Eius actus sunt: ni- Actus.
 mia divitiarum aestimatio, desiderium, cura, sollici-
 tudo, detentio.

Eccl: 10. Avaro nihil est scelestius, Ephes: 5. Avaritia nec ex S. Script:
 nominetur in vobis. Ps. Divitiae si affuant, nolite cor
 apponere. Sap: 5. Divitiarum factantia, quia contulit
 nobis. Hebr: 13. Sint mores sine avaritia, contenti praesentibus.
 Barnab: 5. Ubi sunt qui thesaurizant argentum,
 & aurum? ad inferos descendent, & alii loco eorum sur-
 rexerunt. Eccl: 10. Nihil est iniquius quam amare pe-
 cuniam: hic enim animam suam venalem habet.
 Habac: 2. Uae ei, qui multiplicat non sua. Jac: 5. v. 3.
 Agi-

50. Agite nunc divites, plorate ululantes super miseriis vestris, quæ advenient vobis. Prov: 28. Qui festinat ditari, egestus superveniet ei.

ex
Patribus.

S. Aug: ep: ad comit: Avarus vir inferno similis est, qui quantoscumque devoraverit, nunquam dicit: satis est.
S. Hieron: in serm: cum cætera vitia senescente homine senescant, sola avaritia juvenescit, idem ibid: Avaro tam adest quod habet, quàm quod non habet: quia, aut non habita concupiscit, ut habeat; aut habita metuit, ne amittat. jnnc: de vil: cond: hum: Avarus Deum, proximum, ac se ipsum offendit. nam Deo delinet debita, proximo denegat necessaria, sibi subtrahit opportuna: Deo ingratus, proximo impius, sibi crudelis.
S. Greg: Sic teneat, quæ hujus mundi sunt, ut per ea non teneamini in mundo. S. Pet: Damian: l: 2. ep: 2. Nulla sane putredo vulneris in Dei naribus intolerabilius fætet, quàm sterco avaritiæ. S. Hier: ep: ad Ro: Non gravius peccat, qui duo grana thuris projicit super altare Mercurii, quàm qui pecuniam avarè, cupide & inutiliter congregat. S. Leo ser: 9. de Pass: Non est in illo corde justitiæ vestigium, in quo sibi avaritia fecit habitaculum. Basil. Hom: 7. in div: avarum: Avaritia est animarum laqueus, mortis hamus, peccati esca, belli materia. ... mendacii pater, falsæ accusationis minister, perjurii genitor. S. Bernardin: to: 4. ser: 10. p: 3. Hoc interest inter mortem divitis & pauperis, quod inter accipitris & gallinæ; ille enim mortuus abjicitur ista verò in herili mensa & stomacho ponitur.
Exempla. Avarus quidam mortuus copiosis lacrymis id unum deplorabat, quod divitias suas deserere & aliis relin-

relinquere cogereetur. Spec: Ex: dist: 9. ex: 8.

S. Edwardus Rex Angliæ super certam pecuniam injuste a suis ministris exactam incubantem vidit dæmonem ibi que jocos agitantom. S. Chrys: l. 3. 16. in 1. ad Cor: 9

Usurarius quidam cum sepeliri se cum sacco pecunia pleno curasset, aperto sepulchro dæmones sub bufonum specie visi sunt cor ejus pecunia implere. Spec: Ex: Econtra Crates Thebanus suas divitias in mare abjecit dicens: abite pesum mala cupiditates: ego vos mergam, ne ipse mergar a vobis. Enert: 1. 6.

Sicut pueri pluris faciunt pomum quàm regnum, Similia. integrum; sic avari terræ particulam præferunt regno cælorum. Ut hydropici, amplius & amplius clamant, avaritia corraduntur ut vestimentum a linea, sollicitudine agitantur, ut fluctibus mare. Sed heu, sicut Luna non patitur eclipsim nisi cum plena est, & hunc maxime distat a sòle; ita homo tunc maxime obscuratur, & a Deo recedit, cum divitiis plenus est.

Media avaritiæ a cordibus nostris, fugandæ Media. sunt. Se peregrinum æstimare, Cælestis patriæ meminisse, vanitatem mundanorum attendere, damna avaritiæ perpendere, Christi Dñi inopiam considerare, Liberalitatem sectari, & misericordiam erga pauperes exercere: ad hæc enim opes datæ sūt a Deo.

Avari idololatriam committere vincuntur ex Alia sententia. illo Pauli ad Eph: 5. Avarus, quod est idolorum servus. Christi Dñi venditores, qui ut Judas dicere videntur: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tra-

52. tradam, i sunt quoque dissipatores bonorum corpo-
 luc: 16. ris, & anime: Hic diffamatus est quasi dissipasset bona
 11. ipsius, stulti sunt: Luc: 12. stulte, hac nocte animam tu-
 am repetent a te, & quae parasti cuius erunt? Verè
 radix omnium malorum est cupiditas, 1^o Tim: 6. hinc Se-
 neca dixit: Avaris nihil boni facit, nisi cum moritur,
 quia nempe ut cygni, tunc solum suaviter canunt
 de bonis suis licet invili testantes. Job dixit: Ab Aquilone
aurum venit; & jeremias: Ab Aquilone pande-
tur omne malum; & si pecuniam habes (ait Seneca Ep.
 14.) neceste est ut te ipsum, aut pecuniam vilem habeas,
 & alibi: Pecuniae oportet imperare, non servire: pecuniã
si uti scias, ancilla est; si nescias, Domina; & Juvenal:
sat: 14. dixit: Crescit amor nummi quantum ipsa pecu-
nia crescit. Avari dixit alter: Vos faciunt inopes,
quas cumulatis opes;

Auctores. Vide Bern: Rosignolum l. 2. Discipl: c. 16. Cassiamun-
 t. 7. de Instit: renunciat, Lud: Grand: in Duæ peccator:
 jac: Marchant:, Jos: Langium, jac: Alvarez, Jo: Buis-
 saum in Penario. Petrum Canisium, Tho: Stapleton:
 in Promptuario, Henr: Engelgr: Mathiam Fabrum, Jos:
 Mansi in Biblioth: br: 8. &c

Titulus XV.

Bacchanalia

Definitio. Sunt tempus illud quod jejunium Quadragesimale
 origo. antecedit. quod ab Aegyptiis ad totum orbem jam
 dimanavit vsitari, magno Christiane Reip: damno.
 ex s. Scriptura. Ephes: 5. Videte, fratres, quomodo caute ambu-
lis, non quasi insipientes, sed ut sapientes redimentes
tempus, quoniam dies mali sunt! Rom: 13. sicut in

die honeste ambulemus, non in commensationibus & ebrietatibus; non in cubilibus & impudicitis, 2. Machas. omnes, qui ad spectaculum processerant, trucidavit;

S. Basil: ho: 1. de laude jejunii: Non est per temulentiam aditus ad jejunium, Crapula & ebrietas ad lasciviam inducunt: ad jejunium frugalitas, & Orat: 5. de jejuni: Quid facis, o Homo? Nolli, cum inedia corpus tuum macerare vis, ebrietatem prius introducere, ebrietatem, inquam, quæ nihil aliud est, quam publicum scortum, bacchans & furens mulier, ad omne genus turpitudinis parata. Salvianus l. 6. de provid: Spectacula etiam juxta nostram profectionem opera sunt diaboli. O! Christiane renunciasti (in Baptismo) diabolo, & spectaculis ejus: dum ad spectaculum remeas, ad diabolum te redire agnoscas. S. Car: Borr: Act: Mediol: Vide retia inextricabilia, quæ dæmon hoc tempore nobis tendit; vide fossas peccatorum in quas tot homines caeco modo præcipites agit; vide quantum hodie Sathanas triumphet, regnet, tyrannizet.

ideo S. Gertrudis tali tempore solis vacabat orationibus & lacrymis, quibus iratum (ut per visionem conspexerat) placaret Deum, qui quantum id sibi placuerit alia visione ei ostendit in qua, S. Joannem Evang: vidit sua eorum Cierum opera, scribentem. l. 2. in fin: 14. & 15.

ideo etiam Gaudia quondam sex e Nostris zelo S. P. Ignatii astuantes pridie cinerum habitū penitenti, & se flagellis excruciantes celebriores urbis vias obivore concionabundi. Imago 1. sec: l. 3. c. 3.

ideo quoque Ecclesia, ut pia mater iis præcipue

54. temporibus fideles ut filios sibi congregare conatur
ne in ora leonum, hostiumque manus tristi eventu
deveniant, & sanè Bacchanalia sunt omnino con-
tra finem ab Ecclesia intentum, ut bene Mansi osten-
dit tr: 9. disc: 1. n. 5. stultaque est eorum celebratio,
cum peccatis sit conjuncta, merito que a S. Chryso-
stomo hom: 6. in Matth: diabolicum vocitantur inven-
tum. Quanto utilius erit sanctorum sectari ex-
empla maxime iis diebus, orando, Dnicam passionem
recolendo, gaudia caelestia contemplando, piisque
ubi dabuntur exhortationibus assistendo. nam,
Seneca teste Ep: 7. Nil magis damnosum moribus
est quam inspectaculis & comædiis desiderere, quia
facilius per voluptatem vitia subreunt, & ut ha-
bet Patriarcha. c. 3. de remediis: multum mali curi
invehitur, & multo magis oculis. Quid de larvis sen-
tiendum sit, audiamus à S. Car: Borromæo p. 7. Act:
Mediol: c. 7. sic loquente: Abominabiles larvæ, sub
quibus hominibus verba inhonesta, eloqui, & in gesta
impudiciæ plena prorumpere, fas esse videtur; ma-
ledictæ, execranda, sceleratæ larvæ, impugnatrices
honestatis, gravitatis inimicæ omnis que custo-
diæ, & de Choreis sic discurit S. Fr: Salesius in intro:
p: 3. c. 33. Choreæ & tripidia natura sua ex se in-
differentia sunt: sed hæc exercitium communiter u-
surpatum valde in partem mali propendet, & peri-
culi plenum est. Quia verò nocte plerumque insti-
tuuntur, hinc multa opera tenebrosa & vitiosa se
insinuant. ... unde demonem horum auctorem &
pro-

promotorem esse clarè salis colligitur, &

Sicamus cum cæco illo Luc: 28. Dñe ut videam, conclusio.
 ne in tot Dæmonis fossas nos immittamus, ut tot acci-
 dit stultis hoc tempore, quorum infinitus est nume-
 rus, Eccl: 1. v. 16. quando peccatores intendunt arcum
 & parant sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obs-
 curo rectos corde, Ps: 10. talis temporis gaudia meri-
 to vocat S. Aug: tr: 1. in l. 4. 2. diaboli sacramenta ad
 prævaricandos animas instituta, ut a Christo sua ad
 eas sanctificandas fuerunt inventa, & in ecclesia relic-
 ta. Quam belle Seneca Ep: 18. monet: His maxime
 diebus animo imperandum est, ut hinc voluptatibus
 solus abstineat, cum in illas omnis turba procubuit.

Vide Nicol: lancizium Opusc: 11. c. 21. Mathiam Auctores.
 Fabrum, Henr: Engelgrave, Thomam Stapleton:
 textu l. Quingages: &

Titulus XVI.

Baptismus &

Est Remedium, quo homines a peccato originali & ac- Definitio.
 tuali liberantur, & felicitatis æternæ suæ gloriæ hære-
 des efficiuntur, alius est fluminis, ut pueris juxta ritum Divinit.
 ecclesiæ conferri solet, vel etiam adultis; alius fluminis,
 cum qui contritus illum maxime desiderat non potens
 eum assequi; & alius sanguinis, seu Martyrium quo quis
 in suo sanguine pro Christi fide baptizatur, prius natus
 cepto sacramentali Baptismo, cujus Ceremoniæ sunt Ceremoniæ.
 in primis Patrini assistentia, nominis impositio, insuf-
 fatio in faciem baptizandi, formatio crucis in fronte &
 pectore, benedictio & impositio salis, saliva ad nares,

& aures appositio. Deinde renunciatio à Satana, Unctio baptizandi, Trina immersio vel perfusio, Demum Unctio verticis chrismate peracta, Vestis alba oblatio, Cerei ardentis in manu traditio: quæ ceremonia omnes mysticum suum habent significatum.

ex Sacra
Scriptura

Math: ult: Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine + Patris, & + Filii, & Spiritus + Sancti, ad Rom: 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus, consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, isaia 12. Mauricis aquas de fontibus saluatoris, Thren: 4. Candidiores Nazaraei eius nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, saphyro pulchriores, joan: 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest introire in Regnum Dei. Marti 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit, joel: 3. Fens de domo Dni egredietur, & irrigabit torrentem spinarum, ad Tit: 3. Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, joan: 1. Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.

ex Patribus.

S. Aug: in lib: sent: Verus Baptismus constat, non tam ablutione corporis, quam fide cordis, sicut Apostolica doctrina tradidit dicens: Fide mundans corda eorum, & alibi: salvos facit Baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientia bona interrogatio in Deum, & L. de Bapt: Confugite ad aquas istas, solæ enim sunt, quæ possunt vim futuri ignis extinguere, S. Chrysosto: hom: ad Steph: Ecclæ libertatis serenitate fruuntur, qui tenentur paulo ante captivi... non enim sunt tantum liberi, sed & sancti; non tantum sancti, sed & iusti;

non solum iusti, sed & filii; nec solum filii, sed & hære-
des; nec tantum hæredes, sed & fratres Christi; nec tan-
tum fratres Christi, sed & cohæredes; non solum cohære-
des, sed & membra; non membra tantum, sed & templū;
nec tantum templum, sed & organum spiritus. Vides quot
sunt Baptismatis largitates? sed multis videtur cele-
stem gratiam tantum in peccatorum remissione consis-
tere, nos autem honores computavimus decem)

Cedualla Rex Britonum Romam proficiscens desidera-
bat baptizari, & post Baptismum mundus ad caelos as-
cendere, quod utrumque obtinuit: nam sabbatis Pas-
chæ baptizatus, mox langore corripitur, & paulo post
carne solutus ad caelum abiit. v. Bedæ l. 4. c. 7.

Exemplar
I

Cum aliquando in Anglia tribus annis pluvia non
cecidisset, ideoque plurimi fame perissent, ipsa, qua
a Wilfrido Episcopo baptizati sunt die pluvia cecidit
totaque terra cum incolis refloruit. idem l. 4. Hist. Angl. c. 15.

Ludovicus Galliarum Rex nullibi iucundius, quam
Passiaci agebat, quod ea in vrbe Baptismo ablutus es-
set, quo honore nullibi maiorem se accepisse dicti-
tabat. Bed. p. 1. c. 1. s. 1. n. 6. & in eodem Padagogo Christia-
no ibid. n. 9. refertur de S. Agatha interrogata a pratore
num pueret humilem Christianorum vitam agere? respon-
disse: Multo prastantior est Christiana, humilitas & servitus,
Regum opibus & superbia

Sicut aqua temperat aestum, radios solares excipit &
representat ipsum solem; ita Baptismus voluptatum
extinguit ardorem, & homini imprimi Dei imaginem.

+
similia
I

& sicut serpentes qui in sicco prævalent, & in aqua præcipitati prævalere non possunt, sic demones nil possunt in renato, fonte baptismatis. cuius aqua mundissime & purissimum non capiunt spiritum, juxta illud Ezech: 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & Zach: 13. in illa die erit fons patens domui David, & habitatoribus Jerusalem in ablutionem peccatoris, Erat autem Jerusalem probatica piscina, &c.

Auctores. Vide Jac. Marchant: in Can delabro mystico tr: 2. Petri Caris: to: 3. c. 2, Ant: Sauroltium in catechismo historial: p. 3. c. 5. Fabrum, Langium

Titulus XVII.

Beatitudo

Definitio. Est ex Boetio l. 3. de cons. Status omnium bonorum aggregatione perfectus, substantialis stat in visione beatifica, accidentalis in gaudiis aliis & actibus, atque dotibus ipsius gloriæ, tam ipsi Beato intrinsicis quam ab extrinseco provenientibus.

ex S. Script: Exodi 33. Moyses ait Dño: ostende mihi gloriam tuam. Respondit (Deus) ego ostendam omne bonum tibi, Baru: 3. O Israel, quam magna est domus Dei, & quam ingens locus possessionis ejus, Ps: 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua, Apoc: 12. Non ultra non erit. quoniam Dñs Deus illuminabit illos, & regnabunt in sæcula, Item c. 21. a. v. 3. isa: 65. Ecce ego creo celos novos & terram novam. . . & exultabitis in sempiternum in his quæ creo, Ps: 35. inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, Joan: 16. Gau-

Gaudium vestrum nemo tollet à vobis; 2

S. Aug. lib. de Moribus: *Tanta est iucunditas lucis æternæ, ut etiamsi in ea non liceret amplius, quam unius diei mora permanere, propter hoc solum innumerabiles anni huius vite pleni deliciis recte contemneretur; & l. 7. de Symbol: Facilius possumus dicere quid ibi non sit, quam quid ibi sit.* S. Bern: l. de Consid: *Merces Sanctorum tam magna est, quod non potest mensurari; tam copiosa, quod non potest finire; tam pretiosa, quod non potest æstimari; & ser: in Dom: 5. post Epiph: c. 4. Quantum est illud Regnum! hic deficit sensus, imaginatio, ratio, intelligentia; & tom. 1. s. 51. a. 2. c. 2. Tanta est magnitudo calorum, quod si de novo crearet Deus huius magnitudinis tot terrarum orbem, quot grana arenæ maris, adhuc non impleretur Empyreum cælum, idemque teste Mansi tr. 1. dicit, quod quilibet Sanctus ibi locum sibi habebit ampliore, quam sit ab oriente ad occidentem.* S. Aug. sup: Joan: *Non erit aliqua invidia disparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus unitas charitatis; & in Medit: c. 18. O! qui hoc bono fruatur, quid illi erit & quid illi non erit?* S. Ansel: c. 88. de Simil: *Vocatos nos nomine suo Deos faciet; ipse enim dicit: Ego dixi, dii estis, & filii Excelsi omnes, sed ipse Deus deificans est, tu vero Deus deificatus.*

S. Chrysostomus dicere solebat, se paratum esse ad ipsas *exempla.*
etiam inferni penas sustinendas, modo liceret, aspectu Christi per momentum frui. Herold: c. 6.
Cælestem gloriam ad brevissimum tempus expertus quidam

60. *dam puer, omnium hominum linguis loqui cepit.*
Spec: Ex: Dist: 1. Ex: 57-9

*S. David de se ipso dicebat: Ps: 118. inclinavi cor meum
ad faciendas iustificationes propter retributionem,
& Moyses quia aspiciebat in remunerationem, magis
elegit affligi cum populo Dei, quam temporalis pec-
cati habere iucunditatem. Hebr: 11. S. Stephanus Lapi-
des fortiter excepit, quia vidit celos apertos, &
Iesum stantem a dextris virtutis Dei. Act: 7. sed
quid mirum? Christus ipse Dominus, teste S. Paulo,
ad Hebr: 12. proposito sibi gaudio sustinuit crucem*

*Monachus quidam persuadere sibi non potens, ve-
rum esse, quod Propheeta dixit: Mille anni ante oculos
tuos sicut dies hesternae, quae praeterit, post Matu-
num ab avicula suaviter canente seductus, & per tre-
centos annos detentus est. Spec: Ex: 4. Col: glor: Ex: 14.*

*sed eheu! ex triginta millibus, qui simul cum S. Ber-
nardo obierunt, solus ipse cum alio statim gloriam in-
troiit; tres alii in purgatorium missi, & caeteri omnes
in infernum debruti sunt. Jo: Rithemius ad an: 1160.*

*Joannes Rodericus Societatis Jesu Grammaticae Ma-
gister, rogatus a Rectore, num aliquid animum tor-
queret? respondit, hoc unicum se timere, ne forte vi-
ta prorogetur, sicque optata beatitudine pro voto
suo frui non possit. Hist: Soc: p: 2. l: 1. 2*

*similia. Sicut Corallium in aquis molle extra eas durissimum
existit, sic homines in mundi huius mari natantes
molles sunt & mutabiles, & ex ipso extracti firmi, soli-
di, & immutabiles efficiuntur. sicut aquae guttula*

in vini dolium immissa hujus saporem, colorem, & ac-
 cidentia alia induit; sic Beati se totos in Deum conver-
 tunt, caelestes reges effecti iuxta illud jeremie: Ingre-
 dientur per portas Civitatis hujus Reges & Principes
 sedentes super solium, & ut loquitur S. Aug: Omnipot-
 entes erunt voluntatis suae, sicut Deus sine; impassi-
 biles, Apoc: 7. jam non erit amplius neque clamor sed
 nec ullus dolor, dicens S. Anselmo desimilit: c. 11. Ibi gau-
 dium erit intus, & extra, gaudium sursum & deorsum,
 ubique gaudium plenum, cujus cursus (ait S. Bonav: so-
 lit:) sine termino, usus sine fastidio, refectio sine ci-
 bo &c.

Media ejus consequentia sunt, ejus ardens deside- *Media.*
 rium, legis obsequantia, in adversis patientia, se-
 rria impedimentorum per penitentiam ablatio, mū-
 di verus contemptus, opera pietatis, vita immacu-
 lata

Huc faciunt etiam sequentia ad rem applicata, ut
 Luc: 14. Homo quidam fecit cenam magnam, Gen: 18.
 Noli timere Abraham, ego protector litus sum, & men-
 ces tua magna nimis, Jo: 17. Haec est autem vita aeter-
 na, ut cognoscant te solum Deum verum vivum, Matt:
 13. Tunc justi fulgebunt sicut soly in quo S. Bonavent: *Ser: V. de*
 4. dotes aut representari scilicet, Claritatis in splendore *Aliss:*
 impassibilitatis in perpetuitate, subtilitatis in virtute
 penetrativa diaphanorum & agilitatis in celeritate
 motus. Verum in Beatitude non intrabit ali-
 quid coquinatum, aut abominationem faciens, aut
 mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vite. Apoc: 21.

Legantur Camisius to: 4. c. ult: Brexelius, Ludovicus
 Granat: Petrus Bassens in 4. Noviss: Gabriel Inchinus,
 Philip: D'Outreman in Padug: Mathias Faber in lom:
 stapleton, Beyrlinex, Jo: Major Spec: ex: &c.

Titulus XVIII.

Blasphemia

Definitio.
 & Divisio.

Est verbum in contumeliam Dei prolatum, potest
 esse solum mentalis, vel etiam verbalis, aut actua-
 lis; eius actus sunt, attribnere Deo falsum prædica-
 tum, adimere ei quod debitum est. Tribnere crea-
 turæ puræ quod Dei proprium est; inhonorare
 sacramenta, Reliquias, aut alias res sacras quate-
 nus ad Deum spectant.

Actus.

ex S. Scriptis.

Job: 16. Docuit iniquitas tua ostium, & imitatis
 linguam blasphemantium. 1. Reg: 2. Si peccave-
 rit vir in virum placari ei potest Deus; si autem
 in Deum peccaverit vir, quis orabit pro eo? Ps: 63.
 Excucierunt ut gladium linguas suas; & 72. Posue-
 runt in calum os suum. Eph: 4. Blasphemia tolla-
 tur a vobis. Matth: 12. Spiritus autem blasphemice
 non remittetur. Tob: 13. Condemnati erunt omnes, qui
 blasphemaverint te; Levit: 24. Qui blasphemaverit
 nomen Dñi, morte morietur: lapidibus obruet eum.
 omnis multitudo populi;

ex Patribus.

S. Chrysost: to: 1. Orat: 2. De fato & provid: Non est hoc pec-
 cato ullum deterius, sed neque par; nam in eo acces-
 sio omnium malorum est, omnisque confusio, inex-
 piabile supplicium, & intolerabilis pena; Didac: stel-
 la in luc: 5. Alii peccatores appetunt delectationes.

honores, vel aliud quidpiam mundi... sed blasphemus multo aliter, quia consilio & praemeditate contra Deum insurgit; Hinc S. Bern: to: 4. ser: 33. ait: Omnia alia peccata videntur procedere partim ex fragilitate, partim ex ignorantia; sed illud peccatum blasphemiae procedit ex propria malitia; Glossa c. 13. leuitici: Blasphemia est lepra, quae omnino mundari non potest; S. Bern: ser: 2. de Conu: S. Pauli: Blasphemia horrendum penitus sacrilegium, quod & ipsorum videtur excedere facinus, qui dno majestatis manus sacrilegas iniecerunt; Mansi disc. 7. n. 2. Blasphemia est peccatum diabolium, loquela infernalis: sicut enim Spiritus S. loquitur per bonos, ita diabolus per blasphemos;

S. Ludovicus Rex edicto publico sanciverat, ut ^{Exempla.} nulli sit nomen Dei blasphemanti ignito ferro in labiis stigma inureretur; nec Curiae totius precibus adduci poluit, ut sententiam pro casu particulari revocaret, dicens se sibi ipsi libenter labia inysterium, si ita sciret hoc vitium a suo Regno extirpandum. Rayn: Annal: eccl: an: 1267. n. 63. Robertus itaem Francorum Rex in civitate Aurelianensi pro pace Regni orans, Christum aspectabilem habuit dicentem, non prius pacem in Regno isto habiturum, quam blasphemias e regno eliminasset. Nic: Baerius decr: 30v. Herodes Rex a vermibus consumptus; Antiochus vero miserabili & invisibili plaga a Deo ob blasphemiam humilixatus interiit. Act: 12. & 2. Mach: 9. Puer quinquennis in patris gremio blasphemus a demone abreptus, nec unquam ultra visus est. S. Greg: l. 4. dial: c. 18. Clericus quidam cum dixisset, falsam esse illam Christi

sententiam: Omnis qui se humiliat, exaltabitur, repente gladio peros instar fulminis transfixus est. S. Hieronimus: S. P. Ignatius dicere solebat, si Deus ipsum inferno damnaret, nil sibi fore acerbius, quam audire blasphemias in Deum. Hist. Soc. p. 1. l. 10. n. 52

similit. Est blasphemia velut jaculum, quod dum corpus solidum ferit, in proscindens retorquetur: vel sicut lapis stulte in caelum projectus non stellas attingit, sed in mittentem suo reincident pondere.

notitia. Estque vitium contra Deum immediate, nec ullius ne temporalis minimae utilitatis, quo juxta S. Aug: Christus iterum flagellari & crucifigi convincitur; vitium diaboli proprium ex illo Apoc: 13. Aperuit os suum (draco infernalis) in blasphemias ad Deum; & quia hoc malum nihil in se habet excusationis (ait Hugo a S. Victore) non meretur habere executionem remissionis, & S. Bernardinus textum illum S. Matthaei c. 12 Spiritus blasphemiae non remittetur... neque in hoc saeculo neque in futuro, ponderans ait: quia propter ejus ingratitude in puncto mortis non recordatur poenitendi se, & isto modo remanet damnatus, quia est extra gratiam Dei, & est peccatum in Spiritu S. Unde & Marci 3. habetur: Qui blasphemaverit in Spiritum S. non habebit remissionem peccatorum. & de hoc vitio Deus ipse conqueritur dicens Isa: 52. Totum die nomen meum blasphematur; S. Paulus Titum instruens c. 3. inter alia dixit: Admone illos neminem blasphemare; super qua verba

6a, S. Hieronimus: *Absolute neminem, inquit, non tantū non Deum, sed nec Angelum, nec hominem, nec ullam aliam creaturam; omnia quippe, quæ a Deo facta sunt, valde bona sunt;*

Videndi: *Drexelius, Bussæus, D'Outreman, Marchantius, Auctores. Langius, Faber, Granafensis, Marsi, &c.*

Titulus XIX.

Charitas Dei.

Est virtus propter se diligitur: mere affectiva erit si in solo stet affectu: at si in operibus comprobetur, erit effectiva & efficax. Eius actus sunt: Complacere sibi in Dei bonitate aliis que perfectionibus, velle Deo suum bonum intrinsecum, seu eisdem perfectiones; ei desiderare bonum extrinsecum, seu honorem ejus & gloriam; dolere de ejus offensis; continuo de Deo cogitare & loqui; pati pro Deo adversa &c.

1-Cor: 13. *Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans &c. & si habuero omnem fidem &c. nihil sum; & si nihil mihi prodes &c.* Colon: 3. *Super omnia autem charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.* Eccl: 7. *In omni virgite tua dilige illum, qui te fecit.* 1-Jo: 4. *Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.* Deut: 6. *Diliges Dñm Deum tuum ex toto corde tuo, &c.* Cant: 8. *Fortis est ut mors dilectio.* 1-Jo: 5. *Hæc est charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus.* Rom: 8. *Quis nos separabit a Charitate Dei? ... certus sum enim quia neque mors, neque vita &c.* Ibid: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* S.

S. Bern: serm: 87. de modo bene viv: Rogo, ut amorem
 Christi ostendas sociabus tuis, non solum verbis, sed & ope-
 ribus bonis. Nunc verè Deum diligis, si pro amore illius
 bona, que potes, operaris, S. Greg: ho: 80. Verè Deum dilì-
 diligimus, si ad mandata ejus a nostris nos voluptationibus co-
 arctamus, S. Thomas. Anima, qua amat, operatur magna,
 & reputat parva; operatur multa & reputat parva; opera-
 tur diu, & reputat breve, S. Aug: l. 10. Conf: c. 29. Minus Sine
 te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te a-
 mat, S. Prosp: l. 2. de vit: contempl: c. 18. Illi perfecte dili-
 gunt Deum, qui volendo quod vult Deus, & nolendo quod
 non vult, semper se ad virtutes diligendas & habendas
 extendunt, S. Basil: in Hex: Thesaurus indeficiens est a-
 mor Divinus, quem qui habet, dives est; quo quicumque
 caret, pauper est, S. Bern: de dil: deo: Felix amor, ex
 quo oritur strenuitas morum, puritas affectionum, sub-
 tilitas intellectuum, desideriorum sanctitas, operum
 claritas, virtutum fecunditas, meritorum dignitas, præ-
 miorum sublimitas; quia ut S. Doctor idem habet: Non
 sine premio diligitur, qui sine premio est diligendus, S.
 Greg: l. 5. mor: 17. Altare Dei est cor nostrum, in quo
 jubetur ignis semper ardere, S. Bern: in Cant: ser: 27. Quã-
 titas cujusque anima estimatur de mensura charitatis
 quam habet, Terram diligis (ait S. Aug) terra es; Deum
 diligis, quid dicam? Deus es: Ego dixi, dii estis, S. Aug: l. 13. Conf:
 Omnis labor non amantibus gravis est, solus amor est,
 qui nomen difficultatis erudescit, Th: Kemp: l. 2. imit: c. 5.
 Amans Deum anima, sub Deo despicit universa, S.

unice, mihi sane mirabile adnoto ex Annalib: Capucci-
norum an: 1566. Fr: Victor Bergomat Damon i Demoni
dicenti damnatum esse, respondit: si sum; ergo Deum in
vita laudabo, sumensque flagellum, & se cadens interea
cantabat: Laudabo Dñum in vita mea. Pallam Deo meo
quandiu fuero; Ps: 144. ~

Sicut carbo ab igne suam accipit pulchritudinem, sic
anima a charitate, quæ cæteris supereminet virtutibus,
ut liquidis oleum, aurum metallis, est que omnium
fundamentum. ipsa, ut lapis, quo propius hominem
Deo approximat, eo velocius perfectionis cumulum attingere
facit, qui charitatis vino ebrius omne suassensus
habet a cupiditatibus alienos ~

Similia.

Motiva præcipua Divini amoris sunt Dei ipsius per-
fectiones, ejusdem amabilitas super omnia, de eo præ-
ceptum, ipsius charitatis excellentiæ, Dei in nos tot
& tanta Beneficia ~ &c


Motiva.

Media sint prædictorum consideratio, & profectio
Quis ut Deus? uti S. Michael clamabat satanæ sibi
Divinam similitudinem arrogantem.

Media.

Adde Charitatis necessitatem, dignitatem, utilitatem,
equitatem, & obligationem. Erubescat qui Deum non di-
ligit nam Deus cognovit possessorem suum, & asinus præ-
sepe Dñi sui, & de Christo refert Joannes quod sequebatur
eum multitudo magna. Nec est qui iuste ab hoc Charita-
tis ardore valeat excusari ex illo Ps: 18. Non est qui se
abscondat a calore ejus. Hoc amore languerat sponsa
Canticorum, cui sponsus dixerat: Pone me ut signaculum
super cor tuum, Cant: 8. & qui in ea ordinaverat chari-
tatem

Conclusio.



68. *ta hem) Cant: 2. est que Charitas aqua illa (ut s. Aug:) de qua Christus Dñs dixit: Si quis bibit ex hac aqua, fiet in eo fons aqua salientis in vitam æternam)*

Auctores. Videantur Dons: Carthus: p. 2. Opusc: L. 4. Didacus Stella de Amore Dei, Franc: Labata V. Amor Dei, Vincentii Caruffæ Seraphin, & Itinerarium; Pædag: Christ: Lud: Granat: Jac: Alvarez, Henr: Engelgrave, Mathias Haber, Th: Stapleton, Ant: Gaudier, Jos: Marsi, S. Fr: Salesius de Amore Dei, & Jo: Bapt: Saint-Jure in opere de Amore & cognitione D. N. J. Christi. &c.

Titulus XX

Castitas

Est virtus, quæ ab impuris carnis voluptatibus abstinemus; quæ perpetua & omnimoda est, Virginitas appellatur, quæ ab illicitis solum abstinet castitas conjugalis, & quam s. Viduæ observant, viduarum continentia est.

Ejus actus & gradus sunt, 1. ab illicito carnis congressu omnino abstinere. 2. etiam à licito. 3. prava circa ea desideria reprimere. 4. non immorari voluntaris carnalibus cogitationibus. 5. Turpes motus deprimere, & sensus cohibere. 6. non moveri inculpata turpium lectione, auditione, intuitu. 7. ne in somno quidem illecebrosis fantasmatibus illudi. 8. tandem tam in somno quam vigilia liberum esse ab illis etiam motibus, qui causas cæteroquin naturales habent: quod valde rarum est ait Cassian: coll: 12. c. 7.

ex S. Scriptura. Sap: 8. *Ut scivi, quoniam aliter non possem esse con-*
tinens

tinens, nisi Deus det. . . ad i. dñm, & deprecatus sum
 illum. Judith: 15. Confortatum est cor illius, eo quod
 castitatem amaverit. . . ideo eris benedicta in æternum
 Eccl: 26. Omnis autem ponderatio non est digna continen-
 tis animæ. Apoc: 31. Hi sunt, qui cum mulieribus nõ
 sunt coniugati, virgines enim sunt; hi sequuntur
 agnum quocumque ierit. Nah: 2. State siccincti
 limbos vestros in veritate. . .

S. Th: 2. 2. q. 151. a. 1. ad 1. Castitas est virtus qua homo ex Patribus.
 secundum iudicium rationis, & electionem voluntatis,
 moderate utitur corporis membris; S. Ambr: 1. 1. de Virg in:
 Quid est castitas, nisi expers contagionis integritas?
 S. Greg: Naz: Mulier nuptæ est Christi ex parte, at virgo
 tota Christi fit, juxta 1. Cor: 7. S. Hier: in Ep: 2. l. x. confes-
 soria, & Beata Virginitas, in cuius corde nullus alterius amor
 quam ipsius Christi invenitur. S. Aug: in dem: inter om-
 nia certamina Christianorum duriora sunt prælia cas-
 titatis. S. Greg: in Mar: Nulla est castitas carnis, quam
 non commendat humilitas mentis, S. Is: Damasc: Nonne
 tres pueri virginitatem colentes igne superiores evasero
 per virginitatem corporibus ab igne inexpugnabilibus
 factis? S. Cypr: de 60: Discipl: & pñd: Virginitas æquat se
 Angelis, si verò exquisimus, etiam excedit, dum in car-
 ne lucatam victoriam etiam contra naturam refert,
 quam non habent Angeli. S. Athan: l. de Virg: O Virgi-
 nitas, corona quæ nunquam marcescit, templum Dei,
 Sacrum Sphæris st: gemma preciosissima à parvis in-
 venta. . . S. Continentia mortem destruens, possidens verò

70. immortalitatem. S. Hier: Ep: ad Demetrio: Divitia sine
virginitas sine thesaurus tuus est irre recuperabilis,
postquam semel amissus est. S. Bern: Ep: 42. Sola est
Castitas, quae in hoc mortalitatis loco & tempore sta-
tum quendam immortalis gloriae repraesentat. S. Isid:
l. 2. de sum: 60: c. 40. Amanda est pulchritudo castitatis
cujus degustata delectatio dulcior invenitur quam car-
nis... Castitas servitus mentis est, sanitas corporis. S. Ephrem
to: 1. ser: de Cast: O Castitas curruis spiritalis possessorem
suum in sublime evehens! O castitas, quae rosae instar
in medio animae & corporis, flores universam que domū
odoris fragrantia replet. S. Hier: in Ep: Quocumque
virginitate potleas, quibuscumque opibus niteas, si vingu-
lo castitatis careas, omnia per terram trahes. S. Ambr:
l. 3. de Virg: At certe in his gentilibus inter aras & focos ve-
nerabilis solet esse virginitas, & in quibus nulla est me-
ritorum pietas, nulla mentis integritas, in iis tamen
carnis virginitas praedicatur.

exempla. S. Ludovicus catalanensium Episcopus corpore venustus
& pudicus a quadam Galliae Regina ad saeculis invitatus,
eam torvo beulo aspiciens refecit: unde oculus ille post
400 annos incorruptus mansit, & quasi chrySTALLIS lu-
cidissima lucet. Th. Cantimpr: l. 2. Apum c. 30 §. 33.
S. Euphrasia Antiochena cum a milite amasio depre-
hensa non posset evadere, dixit, se eum docturam artem,
qua in bellis laedi non posset, si sibi parceret, utque ejus
experimentum sumeret, collum unguento unxit quod fe-
riens ille uno ictu amputavit. Niceph: c. 10.

In S. Liferis habemus exempla Sarcæ (166.8) Judithi (110.8) & Susanna (200.12)

Pelagius puerulus hispanus a Rege barbaro de turpitudine ventidem, appellatus, cum precibus vinci non posset, & vis adhiberetur, procax ac libidinoso Principi pugnas in faciem impexit. *Scholaribus De Sanctus in Flore mystico orat: 5.*

P. Laurentius Magius Romæ ad feminam ærotam confiteri cupientem vocatus, cum ad illa ad flagitium sollicitaretur, ille ad summam angustiam reductus, spatium paululum secedendi cupit, quasi satisfaciurus necessitati: rediit autem facie tota stercore turpata, quod videns mulier vitam serio emendavit. *ex lib: Ingo: 166: M. S. De virtutibus.*

Motiva servandæ castitatis sint insinuata in superioribus ejus excellentia, necessitas, utilitas, & præmium; nec non vitii oppositi turpitudine, damna, ac pena

Motiva

Media sunt: Timor Dei, Amor S. Virginis cum cultu ejusdem, Humilitas, fuga occasionum, labor & occupatio honesta, frequens usus Sacramentorum præcipue S. Eucharistiæ, Præsentia Dei, S. Virginis, & Angeli Custodis, Accurata sensuum, præcipue oculorum custodia, Votum saltem ad tempus editum, & ejus renovatio, Orahio, Corporis castigatio, Principiis obstare, Memoria Passionis, Fuga mulierum, Obedientiæ, Jejunium, abstinentiæ &c

Media

S. Hier: l. i. ad Jovin: Virginitatis fructus est sanctitas carnis & spiritus: nam Virginitas illa est hostia valde grata Christo cum neque cogitatio spiritum, neque luxuria carnem maculat.

Est castitas quasi speculum, quod minimo obscuratur

Similia

tur flatu; præ candore lilio signata, vel ebore figurata: Cant: *Dilectus meus qui pascitur inter lilia*, Iher: 4. *Candidiores nive, & nihiiores lacte, sunt anime castæ.* Cant: 2. *castitas dicitur etiam liliū inter spinas, seu insidias demonis, mundi, & carnis; a quibus omni custodia serva cor tuum, prov: 4. ut nostra conversatio in cælis sit, cum Apostolo, & concupiscat rex decorem nostrum, ex Ps: 44. Caveamus ab excessibus illis de quibus Ezechiel: 16. Hac fuit Sodomæ iniquitas sororis tuæ, superbia, saturitas, abundantia panis, & otium ipsius & filiarum ejus... & fecerunt abominaciones coram me, & abstuli eas sicut vidisti, quæ nec nominari debent in nobis ex Eph: 4. & 1. Cor: 14. Nolite corrumpi inanibus verbis: corrumpunt enim bonos mores colloquia prava.*

Conclusio.

Auctores.

Vide *Xrexellium, Lucam Pinellum, Stimulum virtutum adolescentiæ, l. 1. & 2. Franc: Arias l. 3. De imit: Christi tr: 6. Jac: Marchant: in Vita sacerdotali lect: 12. tr: 3.*

Titulus XXI.

Catechesis

In hoc titulo Auctor noster (qui in opere de Munere Concionatorum materiam hanc fuse tractat) resolutiones præcise aliquarum, quæ pro festorum & mysteriorum diversitate occurrere possunt, difficultatum, apponendas iudicavit; quas & nos, ut Catechisticis, immo & Concionatoribus peritiles, breviter hic insinuandas statuimus.

De Adventu

Ab Ecclesia hoc tempus institutum est, ut per dignam penitentiam ad festum Nativitatis Dni se fideles prepararent.

rent. Quatuor hebdomadis celebratur, ut memoremur ^{73.}
quadruplicis Christi adventus 1. in mundum, 2. in iudi-
cio particulari, 3. & in universali, 4. in animas ad sanc-
tificationem. Colore violaceo ornantur altaria, & nup-
tiarum prohibentur solemnia, ut soli studeamus con-
punctioni assiduo clamantes cum ecclesia desiderio: Ro-
rate celi desuper &c.

Nativitas Christi Dñi.

Natus est Christus tempore Augusti Caesaris, quo ubique pax
florebat, quia ipse est pax nostra, eph. 2. & Princeps pacis,
isa. 9. tunc que descriptus est orbis quia (ait s. Greg. Hom:
8. in evang.) ille apparebat in carne, qui electos adscribe-
ret in aeternitate. Natus est media nocte, ut ex tenebris
lux magis splendesceret: erat enim lux vera, jo: 1. & Po-
pulus ambulabat in tenebris & in regione mortis, isa. 9.
In Bethleem, quae domus panis interpretatur, quia
ipse est panis vitae, &c. Greg. sup: in praesepe, ut bonus
pastor, & quia misis & humilis corde. Hac die tres
Missae celebrantur tum ob festi solemnitatem, tum
ad Christi triplicem significandam nativitatem, sci-
licet aeternam, temporalem, & spiritualem, seu in
cordibus nostris per gratiam.

In Circumcisione

Circumcisio instituta erat, ut signum esset pachi a Deo
cum Abraham inili Gen: 17. & ut signum destructivum pec-
cati originalis, & ut signum baptismi praefigurativum.
Voluit Christus eam pati, 1. ut se veram carnem assump-
sisse demonstraret, 2. ut legem de ea a se latam approbaret.
3. & ne quam tulerat solvere videretur, ait s. Bern: 4. ne

ut incircumcisus eum repudiarent, ad quos Incrandas vene-
rat; s: ut exinde cruentum inciperet redemptionem; & in
humilitatis exemplum & obedientiæ, unde etiam ut lex
mandabat circumcisus est die octavo. JESU nominari
voluit, ut Salvator; quod quia gloriosum nomen erat
non nisi post circumcisionem sibi voluit adscribi.

De Epiphania Dñi.

Epiphania idem est ac Apparitio seu manifestatio;
qua hodie Christus Dñus mirabiliter se monstravit gen-
tibus, per tres Reges Magos stella duce adductos. Re-
ges fuisse communior & verior fert traditio, cum inter
eos soli Magi seu sapientes & Astrologi ceptra caperent.
venerunt ab oriente ubi dies nascitur, ut verum diem
Christum viderent recedentes ab ea mundi parte ubi
genus humanum in Paradiso lapsum fuerat. Primus
eorum ex Beda in Collectaneis Vocabatur Melchior* qui
Aurum obtulit; 2^{us} Gaspar* qui Thus, ut Deo; 3^{us} Bal-
thazar, qui Myrrham homini tradidit mortali.
Ducti sunt stella, ut signo Astrologis familiari, quam
ex speciali revelatione novum Regem natum indi-
care cognoverunt, statimque ex Arabia felici adve-
nerunt intra 13. dies 180 milliaria conficientes ope
Dromedariorum ex js: 80. qui s. Hier: feste, uno die
tantum conficiunt itineris, quantum equi nostri tribus.

Festum Purificationis

Hac die Christi presentatio in templo, & Christi paræ con-
celebratur purificatio, cui legi uterque se subjecit, ut
obedientiam, humilitatem, erga Deum gratitudinem,
& publicam nos doceret edificationem. Non agnum

*
Senex &
carus

ut x

Reges

x

Juvenis &
inherens

o.

Miscis in
gro dardanis

sed par turturum obtulit S. Virgo, tum ob paupertatem
sectandam, tum quia verum in Filio presentabat agni.
Cerei qui hodie benedicuntur, ipsum representant Chris-
tum splendorem gloriae & figuram substitutionis sdei, hebr.:
candorem lucis aeternae, lumen de lumine ~

De Quadragesima

Quadragesimale Jejunium ab Apostolis s institutum, ab
Ecclesia constanti servatum, & a SS. Patribus tot encomi-
is laudatum, fit ad Christi jejunantis imitationem, ad
peccatorum veniam facilius impetrandam, gratiasque
obtinendas a Deo plurimas. Cinere capita asperguntur
in initio, ut penitentia sit in cinere, ut *Minivitarum*, ut
nostri originis memores simus, s. ut per benedictionem
cinerum ad Ecclesiae preces beneficia consequamur plu-
rima. hinc hoc tempore tria potissimum praestanda
sunt: penitentiae corporales, oratio, & Christi Passio-
nis assidua meditatio: quod ut attentius exequamur
omnia nobis aliorum mysteriorum, sanctorumque si-
mulachra, tempore Passionis obtequantur. Palmarum
Rami suo die distribuuntur in memoriam solemnem
Christi ingressus in Jerusalem, & ut denotentur non nisi
passionum victores caelestem Jerusalem ingressuros ~

Circa Passionem Christi.

Christus passus es Hierosolymis, quia ibi tantum immo-
labantur hostiae, quae erant figurae suae Passionis, quae
cum in bonum esset mundi totius, medium Orbis locum
ad hoc selegit. & tempore Paschatis cum multi eo conve-
nissent. Tanto autem desiderio optabat pati, ut prius
hymnum occinerit. Deinde acceptis secum tribus dis-
cipu-

cipulis in testes Oravit in hortu conformitatem docens & obedientiam, tædium passus & tristitiam ut se verum monstraret hominem, gaudium beatificum pro tunc suspendens alias sibi debitum, ab uno volens confortari Angelo dum in agone esset seu quasi duello carnis cum spiritu, in quo sanguineum effudit sudorem.

Nudus flagellatur, ut in seipso peccaminosas hominum nuditates puniret; funibus ligatus, ut peccati vincula solveret, quæ cum a capite, ubi mens residet originem communius trahant; hinc spinis coronatus est, ut nostram superbiam curaret ludibrio habitus, & ut fastum, vili involutus purpura; ut pigritiam, crucem ipse sibi bajulavit, usque dum ex humilitate ~~se~~ sibi adiutorem admiserit.

Tandem crucifixus est in monte Calvaria, ut ibi moreretur ubi primus Adam sepultus fertur. Mortem crucis subivit, ut magis dolorosam & ignominiosam, ubi nihilominus sivit majora tormenta usque dum Consummatum Redemptionis opus diceret, & capite ad ultimum nobis vale, inclinato spiritum suum traderet, sed ut cordis nostri lavaret sordes, sibi latus voluit aperiri unde sanguis manaret et aqua.

De Resurrectione Christi.

Resurrexit Christus, ut fidem nostram de universali resurrectione roboraret, & spirituales interim resurrectionem procurandam doceret, descenderat prius ad inferos ut animas Patrum solaretur, & diaboli ac inferni victor existeret.

teret, unde & terra hunc tremuit, & Ecclesia multiplici⁷⁷
Alleluia hanc celebrat victoriam & nobis beneficium in-
de proveniens, & ideo etiam vexilla hoc tempore iterum
eriguntur eriguntur. Apparuit nullis gloriosus, & pri-
mum mulieribus quia majori devotione praedixit, &
vulnerum signa retinuit in parte trophaeum victoriae
quam ceruus indicat Paschalis cum ordinatis incensi
hranis. *In Ascensione Dñi*

Ascendit Christus in Caelum debitam accepturus merce-
dem, ex monte Oliveti, ut inde ad gloriam ascenderet
unde passurus descenderat, & post 40. dies, ut testanda
resurrectionis tempus daretur ac docentium Apostol:
sessit que ad Patris dexteram, & super omnes caelos, ad
iudicariam potestatem ostendendam, ut qui infimum
selegerat locum in hoc mundo, donaretur supremo in
altero. Manebat tamen cum Apostolis, realiter in
Eucharistia, & spiritaliter per gratiam, protectionē,
& patrocinium. *In Festo Pentecostes*

Spiritus S. ihu dicitur, quia per modum spirationis pro-
cedit a Patre & Filio, hac die venit super sedentes in
eadem domo Apostolos, ut eos sanctificaret qui pacem
& unionem in Ecclesia Christi representabant. venit re-
pente, & cum impetu, ut in admirationem & fervorem
corda raperet & mentes, & spiritu vehementi mirabi-
les suas designaret operationes, gratiamque zelosae
afferens praedicationis in specie linguae igneae descendit
septem sua dona mirifice dispergens per corda fide-
lium tanto igne accensa. *De*

De Feste SS. Trinitatis

Institutum est ab Ecclesia, ut quas seorsim celebraverat Divinas personas, iterum una die simul omnes veneraretur, ut unicum in illis Deum profiteretur ut unicam habentibus Divinam naturam, communes que operationes ad extra, licet aliqua specialiter attribuantur uni pro alia Persona per accommodationem quandam.

Festum Corporis Christi

Institutum est ab Urbano IV. sed non ab universa celebratum Ecclesia usque ad tempora Joannis Papa XXII. anno 1315. in memoriam tanti Beneficii a Christo Dño nobis collati & relicti, in quo convivium paravit perfectum se in cibum dāns & potum sub utraque specie panis & vini, quæ magis hominis sustentationi conveniunt. Hoc Sacramentum Instituit Christus pridie quam pateretur, quia in Passionis memoriam quasi ~~est~~ testamento id relinquebat, priusque Discipulorum lavit pedes, ut animi ad talem receptionem indicaret requisitam munditiam.

De Sacrificio Missæ

Est verum & incruentum Sacrificium centrativum, Eucharisticum, Propitiatorium, ac impetratorium. Vox Missæ idem sonat ac Hostia vel oblatio ad Deum, non enim & ipsis Sanctis offeritur, sed Deo soli, licet in honore ipsorum, & mediâ eorum intercessionem. Ceremoniæ tot adhibentur tum ad majorem tanti Sacrificii reverentiam, tum populi devotionem, tum in Christi Passionis conciliandam memoriam, cujus singulas circumstantias mystice representant ~~etiam~~ sacerdotales vestes, & altarium paramenta, & actiones celebrantis ac Ministri.

De Virgine Deiparâ

79.

Concepta est absque macula peccati originalis, ut tot congruentiæ demonstrant, & SS. P. auctoritas, & sensus Ecclesie. Nomen ejus Maria illuminatricem, & stellam maris significat. Virgo fuit ante, in, & post partum, ut ipsius Puritatis æternæ Matrem decebat; Assumpta que ideo est in Cælum etiam quoad corpus, quod non congruebat aliquando videre corruptionem, aut tantotempore gloria sua privari. Et ut Dei Matri, Cæli Regina, ac tot gratiis & virtutibus ornata cultus specialis tribuitur Hyperdulia, Latrâ quidem inferior, sed superior Dulia. & vera erga Mariam devotio stat, non ut ore solum, sed & corde & opere pro viribus colatur.

De Angelis.

Quilibet homo custodem habet Angelum ex Ps. 90. & SS. P. omnium que Catholicorum consensu, qui & corporalia & spiritalia assidue nobis conferunt beneficia plurima. immo & Provincie, Civitates, Parochie, Domus, Congregationes, & suum etiam habent custodem Angelum similiter ex omni parte beneficium, ut plerum fert doctrina cum Paulo Barry, & Abulensi. Illis ergo honorem dedemus & amorem maximum; amorem pro custodia, honorem pro naturæ excellentia. Depinguntur communiter sub specie juvenis, quia sic sapius apparuerunt; & alati ut eorum denotetur velocitas; discalceati, pro ipsorum expeditione significanda.

De Sanctis.

Eorum gaudia in Cælis præcipua, sunt in intellectu Visio beatifica, in Voluntate amor perfectus; in Memo-
ria

riã, perpetua Dei & eius mirabilium contemplatio,
& recordatio, in sensibus tam copiosæ voluptates
Quia ergo sic a Deo honorantur, a nobis maxime ho-
norandi sunt, colendi, atque invocandi, ipsorum quæ
virtutes imitandi, ut eorum gloriæ fiamus participes.

De Fidelibus Defunctis.

Pœna quam animæ in Purgatorio patiuntur supe-
rat omnes hujus vitæ cruciatus, nec probabilis minu-
untur quoad intensiorem, sed quoad durationem, eam
tamen libenti animo tolerant Divinæ in toto conformes
voluntati, iuste sibi debere agnoscentes, & finem habiturâ
sperantes: Quibus nos per opera satisfactoria subveni-
re possumus, & debemus, ut misericordes misericordiam
consequamur; ipsis que nostræ satisfactiões infallibili-
ter prosunt, nisi ob justas causas aliud quandoque Deus
statuat, ut de indulgentiis communiter docetur, ad quas
pro defunctis lucrandas probabiliter ex Pinello & aliis non
requiritur status gratiæ.

Titulus XVII.

Christianus

Definitio. S. Thomas 1. 2. q. 124. a. 5. Christianum esse dicit, qui
fidem Christi habet, qui spiritu Christi virtuose ope-
ratur, & ad imitationem Christi peccatis moritur.

ex 5. Scrip. Jac: 2. Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat
se habere, opera autem non habet. 1. Iouan: 2. Qui di-
cit, se in Christo manere, debet quemadmodum ille am-
bulavit & in se ambulare, 2. Pet: 1. Magis satagite,
ut per bona opera certam vestram vocationem, & e-
lectionem faciatis, nam Melius erat illis (2. Pet: 2) non

cognoscere viam justitiæ, quàm post agnitionem retror-
sum convertij. & 1. Pet: 5: Vos (Christiani) genus elec-
tum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acqui-
sitionis. Coloss: 1. Gratiarum agentes Deo, qui nos fecit
dignos in partem sortis Sanctorum in lumine.)

S. Greg: Nissen: de nom: & prof: Christ: Christianismus
est imitatio Divinæ naturæ. Si igitur Christianus es,
tanti mensuram nominis imple, inquam, operibus no-
mine dignis. S. Aug: de vita Christian: Christiani nomē
ille frustra sortitur, qui Christum minime imitatur,
Idem ibid: Ille vere Christianus est, qui omnibus mi-
sericordiam facit; qui nulla movetur injuriā; qui abie-
ctum dolorem tanquam proprium sentit; qui terrena
contemnit, ut possit habere cælestia. S. Max: in Ser-
m: Tota vita hominis Christiani, si secundum Evangelium
vivat, crux est, atque martyrium. S. Leo Ser: de Nat:
Christi: Agnosce, o Christiane, dignitatem tuam...
Memento cujus Capitis sis membrum... Noli te ite-
rum diaboli subicere servituti. *

Althus quidam à tyranno interrogatus, quod ipsi no-
men esset? Respondit: Christianus sum. Quæ natus do-
mo? Christianus sum. sic quæ ad omnes respondit ques-
tiones, de hoc solo gloriatus. Euseb: l. 4. hist: Eccl: c. 1. Sic
etiam S. Sebastianus pectori hanc inscriptionem, ut
pretiosam affixit gemmam: Quia Christianus sum. Sur: 20. Jan:
& Blandina Virgo dum clamat in tormentis: Christia-
na sum, immanes cruciatus non superavit modo, sed &
risit, ac velut inter epulas exultavit. Euseb: Supra 2

ex Publius.

*
S. Aug: tr: 5. in Jo:
Qui male vivunt
& Christiani vo-
cantur, injuriam
Christo faciunt:
De qualibus dictum
est, quod per eos
nomen Domini
blasphematur. *

Exempla.

82. *Similia.* Sicut procurator qui sibi credita bona dissipat, dici
nequit fidelis; ita qui leges, præcepta, & Christi gratias
sibi creditas violat, Christianus appellari non potest.
Christianus sine operibus, est sicut arbor infructuosa,
solis referta foliis.

Alexander militi cuiquam suum nomen sustinenti &
ignavo dixit: aut nomen hoc deponere, aut digna Alexan-
dro gere. Fab: conc: 7. in Circumc: idem Christus Christianus di-
cit. Sed pro dolor Christianum, cuius opera & actus
etiam interiores tanto respondeant nomini, non est
facile reperire: quare dixit Ecclesiasticus (c. 13. v. 32) *Res-*
tigium cordis boni, & faciem bonam difficile inve-
nies, &

Auctores. Vide Marchantium in Horto Past: D'Oultreman in
Pædag: Matthiam Fab: in Festo Circumc: & S^t Andree
Lud: Granat: & Jos: Langium in Pilyanth: v. eodem.

Titulus XXIII.

Christus.

Definitio. Deus & homo unus est Christus, ait S. Athanasius
Proprietates. in Symbolo, ejus proprietates ab Unione Hypostati-
ca sunt, Summa Gratia, Sanctitas, Sapientia, Digni-
tas, & Gloria. Hinc & nobis adorandus, exorandus,
imitandus, amandus, admirandus, & exaltandus
proponitur Christus in sequentibus &

ex Scriptis. Isa: 9. *Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis,*
& factus est principatus super humerum ejus, & vocabitur
nomen ejus admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, Pater
futuri sæculi, princeps pacis. Math: 1. *Vocabis nomen ejus*

JESUM: ipse enim salvum faciet populum suum a pec-^{83.}
catis eorum. Actor: 4. Nec enim est aliud nomen sub celo,
datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri, Philip: 2.
Donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in
nomine JESU omne genu flectatur. &c. Prov: 18. Fortis-
simum nomen Dñi. Cant: 1. Oleum effusum nomen-
tuum. Matth: 3. & ecce vox de caelo dicens: Hic est Fi-
lius meus dilectus in quo mihi complacui. Agg: 2.
Desideratus cunctis gentibus, Hebr: 1. Constituit eum
(Pater) heredem universorum per quem fecit & saecula,
qui cum sit splendor gloriae & figura substantiae ejus,
Matth: 28. Data est mihi potestas in caelo & in terra.
Ps: 44. Speciosus forma praesentis filii hominum. Joan: 11.
Ego sum resurrectio & vita, Matth: 28. Ecce ego vobiscum
sum usque ad consummationem saeculi. 2. Jo: 2. Si quis
peccaverit, Advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum
1. Tim: 2. Unus Mediator Dei & hominum Christus Jesus
1. Cor: 16. Si quis non amat Dñum & fratrem suum. sit anathema
Matth: 10. Qui non accipit crucem suam & sequitur me,
non est me dignus. Jo: 8. Ego sum lux mundi. Exod: 25.
Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte
(Calvaria) monstratum est.

S. Greg: Ho: 4. sup: Ezechiel: Redemptor noster homo nas-
cendo, vitulus moriendo, leo resurgendo, & ad caelos as-
cendendo Aquila, factus est. S. Bern: super Cant: Nihil
ita sicut hoc nomen JESU. Ira impetum cohibet, Superbia
timorem sedat, livoris vulnus sanat, luxuria fluxum
restringit, libidinis flammam extinguit, solum avaritia
temperat, ac totius indecoris pruriginem sanat. S. Amb:
in Ser: Omnia habemus in Christo, & omnia in nobis

ex Patribus.

Christus. Si à vulnere curari desideras, Medicus est; si febris aethras, fons est; si gravaris iniquitate, iustitia est; si indiges auxilio, virtus est; si mortem times, vita est; si tenebras fugis, lux est; si caelum desideras, via est; si cibum quaeris, alimentum est. *J. idem. l. de isaac. c. 8. Ipse Christus est os nostrum, per quod Patri loquimur. oculus noster, per quem Patrem videmus. dextera nostra, per quam Patri offerimus.* *S. Clem. Alex. Verbum vitam praeiungit, ut opifex; bene vivere docuit, ut Magister; ut semper vivere suppeditaret, ut Deus.* *S. Bern: in cant. Dignus plane est morte, qui tibi Christo recusat vivere; & qui tibi non sapit, desipit & qui curat esse, nisi propter te, pro nihilo est, & nihil est.* *S. Aug: sup. Math: Ego sum via, veritas, & vita, tanquam diceret: qua vis ire? ego via; quo vis ire? ego sum veritas; ubi vis permanere? ego sum vita.* *S. Greg: exi. de perf. Christ: Quisque suae vitae pius est, & artifex huius voluntas, coleres autem sunt virtutes, exemplar Christus esse debet.* *S. Greg. Naz: or: 40. in Pasch: Simus ut Christus, quoniam Christus quoque sicut nos.* *S. Bern: ser: 22. in cant: Incassum laborat in acquisitione virtutum, qui eas alibi, quam in Christo quaerit.* *Kemp: l. 2. smit: c. 1. Da Christo locum, & caeteris omnibus nega introitum. Cum Christum habueris dives es, & sufficit tibi.* *& l. 1. c. 8. Esse sine Jesu gravis est infernus; & esse cum Jesu, dulcis paradisis: si fuerit tecum, Jesus, nullus poterit nocere inimicus.*

Exempla. *S. Theresia de Jesu voto se adstrinxit, quod nollet, quantum in se est pati, ut a quoquam mortuum, in amore*

Christi, ejus que expressa similitudine superetur. *Riber: in vi.* 85.

S. Andreas de Oviedo vehementer laetatus est, se quinque vulneribus à latronibus affectum, ut hoc modo Christo esset tanto similior. *Mit: doc. p. 1. 4. n. 76.*

Sicut Ferrum ignitum ignem & ferrum complectens, *similia.*
una res dicitur, sic Christus unus est, licet Deus et homo.
Sicut inter omnia membra, caput preferimus; sic Christum, qui omnium caput est, super omnia amare debemus.
Sicut discipuli, ut proficiant in facultate aliqua, Magistri sedulo doctrinam sequuntur, stilumque ipsum ac modum imitari pro posse conantur; sic et pro posse Christum ad apicem imitari satagamus, qui Dux, Magister, ac Redemptor noster est, quem Deus nobis promiserat per Malachiam c. 4. Orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiae; quem sic annuntiaverunt Angeli Luc: 2. Evangelizo vobis gaudium magnum, quia natus est vobis salvator; sine quo Duce nemo venit ad Patrem, Jo: 14. nam, Ascendit pandens iter ante eos; *Mit: 2.* De quo tandem Deus nos monet *Math: 3.* ipsum audite. *Q* est enim (ut explicat S. Bern: illa verba Jo: 9.) Christus Admirabilis in nativitate, Consiliarius in predicatione, Deus in operatione, Fortis in Passione, Pater futuri saeculi in Resurrectione; Princeps pacis in perpetua beatitudine.

Luceb: *Merem: Doctr: asceticis 1. 3. & de Amore Jesu.* *Auctores.*
Drexelius: Christus nascens & Gaspar Tausch: Fontes salvatoris. Fr: Arias de Jmit: Ant: Gaudier de Jmit: Ludolphus de Saxonia. de vita Christi. Jo: Bapt: St Jure de Amore Christi. &c.

Lit:

Titulus XXIV.

Cognitio sui

Definitio. Est (ait P. Jac. Alvarez to: 2. l. 4. p. 2. c. 1.) scientia qua homo tam quoad naturalia, quam moralia seipsum cognoscit; & quid ex se, quid verò à Deo habeat recte discernit.

Actus. Actus sunt tres nempe: se cognoscere quoad esse, posse, & operari secundum omnes temporis differentias.

ex S. Scriptura. Jerem: 2. Vide vias tuas in convalle: scito quid feceris; Thren: 3. Ego vir videns paupertatem meam; Habac: 2. Contemplabor ut videam, quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me; Cant: Si ignoraste, ... egredere, & abi post vestigia gregum tuorum.

ex Patribus. S. Bas: in Hexam: l. 9. Reverè omnium causarum difficillimum est, seipsum cognoscere; Hugo l. 3. de Anim. Frustra cordis oculum erigit ad videndum Deum, qui nondum idoneus est ad videndum seipsum ... & si non potes cognoscere te, non presumas apprehendere ea, quæ sunt supra te, S. Bern: Serm: 37. sup: Cant: Scio neminem absque sui cognitione salvari, de qua nimirum mater salutis humilitas oritur & timor Dñi, qui & ipse sicut initium sapientiæ, ita salutis est; S. Aug: ser: 50. de vit: Apost: Semper tibi displiceat quod es, si vis pervenire ad id quod non es; nam ubi tibi placuisti, ibi remansisti, S. Chrys: tract: de symb: c. 3. Et primum hominis sapientiam affectantis contemplari quid ipse sit, quid intra se, quid infra se, quid supra, quid contra, quid ante, quid postea

sity. S. Bern: O homo, si te videres, tibi displiceret, & mihi placeret (dicit Deus) sed quia te non vides, tibi places, & mihi displices: veniet tempus, in quo nec mihi nec tibi placebis; mihi, quia peccasti; tibi, quia in aeternum ardebis; idem de int: homo: Nulla scientia hominum, sed nulla melior est illa, quae cognoscit homo seipsum: beatus homo, qui se potest cognoscere; & Hugo Victor: l. de Claustro ani: Multi multa sciunt, & seipsum nesciunt cum tamen summa Philosophia sit sui cognitio; idem S. Augustinus assidue precabatur & dicebat: Deus

exempla.

semper idem, noverim me, noverim te, & S. Francisus ad Deum continuò contemplans dicebat: Dñe, quis sum ego, & quis tu, Adrig: p. 2. tr. 2. c. 9.

P. F. Suarez interrogatus quodnam Dei donum nobis utilius? respondit esse humilitatem, sui que notitiam. Sicut reprehensione dignus est, qui indagaret quid in aliis adibus fieret, & proprias negligeret; ita homo, qui tam assidue aliena facta considerat, & sua non animadvertit.

similia.

Pulchre Job quid sit homo interrogat c. 1. dicens: Tu quis est, & respondet c. 14. Homo natus de muliere brevi vivens tempore repletur multis miseriis, &c. Qu prius dixerat c. 10. sui cognitione plenus: Tædet animam meam vita mea, dimittam adversum me eloquium meum, &c. & ipse Seneca dixit Ep: 25. Deprehendas te oportet ante, quam emendes, & Ep: 83. Hoc nos pessimo's facit, quod nemo vitam suam respicit. Xenophon L. 4. cui seipsum ignorat, neque ad regimen sui, neque ad familie & rei publicae gubernationem idone-

Motiva.

us est, Thales, teste Langio Alyant: dicere solebat, difficile esse noscere se ipsum, sed Beatum; & Aristot: c. 2. mor: id difficultissimum esse, sed suavissimum. & S. Chrys: Dixit: is maxime se novit, qui se nihil putat, quia hoc veritati maxime congruum est.

Autores. Alphons: Rodrig:, Jac: Alvarez, Jo: Pelecius in Offic: hominis Relig: l. 2. c. 10. Jo: Busæus in Virid:, Jos: Langius, Henr: Engelgr:, Lud: Granat: in loc: Com: ~

Titulus XXV.

Communio ~

~ Affinito. Est realis & spiritualis perceptio Corporis Christi Dñi. in cibum & sanguinis ejus in potum. ~
 ex S. Scriptura. **Gen: 27.** Frumento & vino stabilivi eam. **Gen: 27.** Quid enim bonum ejus est, & quid pulchrum ejus nisi frumentum electorum & vinum germinans virgines. **Zach: 9.** Joan: 8. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. **Sap: 16.** Paratum panem de celo prestitisti eis; **Pf: 36.** De petra melle saturavit eos. **Exod: 12.** Sic autem illum comedetis: renes vestros attingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus; **Matth: 22.** Accepto corpore Joseph involvit illud in sindone munda. **Isa: 52.** Mundamini, qui fertis vasa Dñi, **Exe 7.** Super triticum & vinum ruminabunt; **1. Cor: 11.** Probet autem se ipsum homo, & sic &c. **1bidem:** Qui enim manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit. ~ Reus erit corporis & sanguinis Dñi. **Matth: 22.** Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? tunc Rex dixit ministris: ligatis manibus & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores. **Levit: 27.** Anima polluta, quæ ediderit de carnibus hostiæ pacificorum,

quæ oblata est Dño, peribit de populis suis, jo: 13. 89.
& post buccellam intravit in eum satanas, &
S. Bern: Ser: 15. de modo be: vir: Rogo, ut audias pruden- ex S. Patribus.
tiam serpentis, antequam veniat ad fontem, evomit
omne venenum. Sic tu antequam venias ad fontem,
id est Communionem, evomas omne venenum, scili-
cet odium, iram, malitiam, invidiam, voluntatem
carnalem, et noxias cogitationes ex corde tuo, S. Bonav:
inusc: c. 7. Quomodo tu ad illam mensam, intrepidus
audes accedere, quem Jo: Baptista, tangere contremis-
cit, Petrus a se præformidine repulit dicens: exi a
me Dñe quia homo peccator sum? Cogita, quod iste
quem tu sumis, erit iudex tuus. S. Bern: 5. 50. a. 1. c. 1.
o si expectares in domo tua, cuiusdam magni Dñi
temporalis adventum, quanta munditia, quanta
que diligentia, disponeres domum tuam? Quanto
magis præparandum est conscientie, hospitium Re-
gi Cælorum, & Dño Angelorum. S. Chrysost: Non est
sanguis Christi deterior babilonio igne, iste scilicet sanc-
torum in camino honorare corpora, & Chaldaeos com-
burere; quanto magis sanguis ille preciosissimus scilicet
perdere incredulos, & servare fideles. S. Th: de Villan:
c. 3. de sacr: Quantum flagitium sit, in spurcissima
pectoris tui cloacam Sacramentum Christi sanguinem
fundere, Apostolica illa tuba personuit dicens: Qui cum
que manducaverit &c. quæcumque approbriæ ju-
dæi in Christum corporaliter exercuerint, has omnes
spiritualiter repetit implis comestor. S. Chrysost: hoc: 7.
in

90. in Math: Cave ne Herodi efficiaris similis, & dicas: ut
& ego veniens adorem eum, cum que veneris, interinere
coneris: huius enim similes sunt, qui indigne abutun-
tur Communionis mysterio, & ut habet Dionys: s: de in-
digna Comm: Tales socii sunt iudae proditoris, in quem
post buccellam introivit satanas. @ S. Bernardin:
s: s: a: 1: c: 3. Quam temerarium, quamque nefarium
est cruentis manibus intemeratae Virginis trahere
filium? quis auditus hoc sustinet aurium, quis ocu-
lus non confunditur ad intuitum ubi pretium mundi
mittitur in sterquilinum? etenim minus est detesta-
bile in os pollutum, quam in lutum, mittere Dei Filium,

Exempla. P. Salmeron insigne memorat cujusdam Religiosi
factum, qui cum cibum ullum praestomachi reluctan-
tia reficere nequiret, magno Communionis ardens de-
siderio, rogavit, ut saltem super pectus Hostia sacra
decenter involuta sibi collocaretur; quod cum fecisset
sacerdos, corpus Dñi cor illius penetravit.

Cum S. Lutgardae singulis Dñicis communicare so-
lita Antistes id prohiberet, statim gravi afflicta mor-
bo, non nisi sacro potuit sanari Ferculo. Sur: to: s: in vit.

In valle Lucernensi quidam cum indigne commu-
nicasset, ei hostia, de se levissima, tanto stomachum gra-
vavit pondere, ut labuli affectus morbo non prius sa-
naverit aó illa oppressione, quam peccati ante praep-
udore omitti accuratam instituerit Confessionem. &
vit: annis 1308. Mito: Lucern: 2

S. Lucianus Martyr, cum aliter ob carcerem & vin-
cula

cula non posset, super pectus suum sacrificans, sibi ^{94.}
& aliis Viaticum praeiuit. Daur: c. 5. tit. 15. exemplo 9.

S. Agatha à Cruce quotidie Communionem Spiritua-
lem ducentes iterabat. *Flagiosphila. intent. 24.*

S. Theresia in quodam templo Societatis nostrae, cum
videret Fratres nostros communicantes, vidit protensam
vestem seu umbrellam super caput illorum. *Gloria. 5. 3. 12.*

Admittit hoc Sacramentum comparationes cum *Similia.*
Cibo corporali nutriente, reficiente, vel damnificante,
pro sumentis dispositione; Cum fonte inexhaustibili;
Cum pluvia, rore, Manna, balsamo, Sole, Mensa,
convivio, &c. prae mirabilibus & omnimodis in ani-
mam nostram influxibus & effectibus, pro varietate
dispositionis in sumente; in quo ut salutem opere- *Medita.*
tur esca sacra, requiritur honestas vitae, conscientiae
puritas, seria poenitentia, mortificatio passionum,
humilitas profunda, castitatis studium, gratitudo
affectuosa, praeparatio praevia, & ardens desiderium.
nam Deus Esuriens implet bonis, in hac Angelorum
esca, verè filiorum, non mittendâ canibus, quæ verus
Dei agnus est; verum manna, verus panis quodidia-
nus super substantialis super quo non nausent anima
si bene disposita accedat; alias enim fiet illi mensa
haec in laqueum, *Ps. 68.* & panem otiosa comedet, *Pro-*
verb. 31. & Convivium Abrahæ ad Angelos (*Levit. c.*) tot cõ-
pensatum benedictionibus, hanc Eucharistiæ S. Mensam
representabat; non item quod iisdem fecit Ioth, quia hic
ex crassa panem paraverat farina, ille ex mundissima
farinae flore, absque ulla siliquarum mixtione. *Ps.*

Titulus XXVI.

Concionator

Definitio. Ex Beyrlinck hoc Verbo, Concionator est Clericus, qui ex officio, & legitime misus Verbum Dei annunciat: qui si

Divisio. id zelo gloriae Dei praesiterit, verus est Concionator; falsus autem si sola in eo quaerat, non Deum & salutem animarum

Ex Sacra. Scriptura. Matth: 7. Erat docens eos, sicut potestatem habens, & non sicut Scribae eorum & Pharisei; Isa: 58. Quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum; Matth: 10. Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis; 1. Cor: 2. Sermo meus, & praedictio mea, non in persuasibilibus humana sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis; 1. Cor: 13. & prius: Et ego cum venissem ad vos, non in sublimitate sermonis annuncians vobis testimonium Christi; 2. Cor: 2. Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur, &c

ex Patribus. S. Bonav: in Ps: 117. Praedicatorum nubes sunt, quia tonant minis, coruscant miraculis, pluunt doctrinis; S. Greg: Pastoral: p. 3. c. 6. Praedicator quisque plus actibus quam vocibus insonet, ne sit vox Iacob & manus Esau; ait S. Bonav: in Ps: 49. S. Bern: ser: 49. in Cant: Illius Doctoris libenter audio vocem, qui non sibi plausum, sed mihi planchum moveat; S. Chrysost: 5. 43. Populis populartiter est loquendum... omnibus necessaria dicenda sunt more omnium; S. Greg: ho: 11. in Ezech: Necessse est, ut semper sermo praedicatoris cum auditorum debeat qualitate formari; S. Bonav: in Joan: Sic debet esse sermo

Dei fidelibus, tanquam pisci hamis; tunc enim capitur quando capitur, Richardo: a. s. Vict: Ignoro, an possit hac gratia interim majorem aliquam Deus homini conferre, quam est, ut ejus ministerio perversi homines in melius mutantur, ut ex filiis diaboli filii Dei efficiantur, an forte cuiquam magis videbitur esse mortuos suscitare? Imperf: ho: 43. Frequenter etiam de homine malo bona doctrina procedit, ecce enim & vilis terra pretiosum aurum producit, unde Tullius ipse dixit: Non te moveat dicentis auctoritas, sed quidquid dicit attendito; nihilominus s. Isid: Pelus: l. 2. ep: 175. verè etiam dixit: Vita sine sermone magis prodesse solet, quam sermo sine vita: nam illa etiam tacens prodest; hic autem etiam clamans molestiam affert, S. Franciscus Assisias sensum illorum verborum: Prædicate Evangelium, sic suis explicabat Religiosis: Prædicate virtutes, eradicate vitia, Paradisum & infernum auditoribus vestris annunciate. Mansi

Dis: 1. n. 9.

Cum in Anglia quidam Concionator celebris conceptibus gratissimis ad diem sequentem se parasset concionaturus, hanc nocte præcedente visionem habuit, in qua sibi à Christo monstrabatur liber cujus medium aureis litteris, margines sordibus plena erant, tunc que interroganti respondit Christus: aureæ litteræ verba sacra sunt scriptura ac sanctorum; sordes conceptus inanes, quos tu disponis.

Exempla.

Imitetur Concionator perisum seminatore, fidemque ac prudentem architictinum, in verbo Dei

Similia.

94. seminando ac distribuendo; Apes in colligendo uti-
lia, & inutilia aut superflua omitendo; Venatorem
jerem. in attrahendo & capiendo; Piscatorem in suaviter &
c. 17. fortiter arripiendo: pro quibus recte prestandis.

Media. Media sunt: 1. invocatio Spiritus S^{ti} nam ut ait Apost:
ad Cor: Neque qui plantat est aliquid, neque qui ri-
gat, sed qui incrementum dat Deus; 2. Oratio, sic Petrus
qui tota nocte laborans nil coeperat, cum dixisset Chris-
to. in verbo tuo laxabo rete, laxavit, & capit ingentē
omnis generis piscium multitudinem. 3. intentio sincera
& legitima, quam innuit Apostolus dicens: Corripientes
omnem hominem, & docentes, ut exhibeamus omnem
hominem perfectum in Christo Jesu. 4. ingens fidu-
cia in gratia vocationis, memores illius: non enim
vos estis, &c. sup: 5. Vita exemplaris, ne cum aliis præ-
dicaverit, ipse reprobus efficiatur; 6. Humilitas pro-
funda, quia Deus superbis sua secreta abscondit
quæ revelat parvulis, quibus dat intellectum Ps. 118. &
cum simplicibus est sermocinatio ejus; 7. vitiorum &
in specie acceptationis personarum fuga, juxta illud
Apostoli 1. Thesal: 2. Neque aliquando fuimus in ser-
monem adulationis, neque in occasione avaritiæ,
ne sit ut illi de quibus Michea 3. sacerdotes ejus
in mercede... & propheta ejus in pecunia divinabant
sed præcipiat & doceat cum omni imperio, ubi ut
commentatur S. Greg: 1. 23. mor: c. 7. non dominatione
potentiæ suadet Apostolus, sed auctoritatem vitæ,
quia, ut idem ait p. 2. past: c. 7. Verbi semen facile

germinat, quando hoc in audientis pectore pietas, 93.
predicantis rigat,

Titulus XXVII.

Concupiscentia.

Est inordinatus appetitus rerum caducarum & terrenarum. *Definitio & divisio.* Triplex est ex 1. Joan: 2. Concupiscentia carnis, Concupiscentia oculorum, & superbia vite, hoc est appetitus voluptatum, divitiarum, ac honoris vani.

Gen: 8. Sensus & cogitatio humani cordis ad malum *ex scriptura.* pronata sunt ab adolescentia sua. Rom: 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captivantem me in lege peccati, quae est in membris meis. Jac: 1. Unusquisque verò tentatur a concupiscentia sua abstractis & illectus. Eccl: 18. Post concupiscentias has non eas, & a voluntate tua avertere, Gal: 5. Cati autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentiis suis. 1. Tim: 6. Radix omnium malorum est cupiditas. Jac: 1. Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum. Jac: 4. Unde bella & lites in vobis? nonne hinc, ex concupiscentiis vestris, quae militant in membris vestris?

S. Greg: Rom: 8. Multum dimisit, qui cum re possessa etiam concupiscentiis renuntiavit, & alibi: Bonorum Auctori aliter inhaerere non possumus, nisi cupiditatem a nobis, quae omnium malorum radix est, abscindamus. S. Bern: ser: 3. de Ascens: 1171. Apostoli Spiritu sfo repleti nequi verant, quia carni Dñi car,

96. *etsi sanctæ, in hætebant, S. Aug. de vit. Relig. Nemo potest perfecte diligere, quò vocatur, nisi oderit, unde revocatur, S. Ambr: l. de Virg. Qui moderari nescit cupiditatis, is quasi equis raptus indomitis volvitur, lahiatur, affligitur. Pet. Raven: in ser. Cupiditas transgressionis mater, magistra nocendi, primipilaria iniquitatis, auriga malitiæ, siccaria virtutum, seditionis origo, fovea scandalorum. Kemp: l. 3. c. 32. Relinque cupiditatem, & invenies requiem.*

exempla. Cum Ursinus presbiter separatus ab uxore caste vixisset, & hæc ad morituri nares aurem applicaret, ut indagaret num adhuc spiraret; ipse quanto potuit nisu vocem collegit, dixitque: recede à me mulier, adhuc igniculus vivit, paleam tolle. S. Greg: l. 4. dial: c. 11. Joan: Berckmannus de Societate nostra, ita omni cupiditate vacabat, ut fateretur: nulli rei sum affectus, nihil habeo cui afficiar. Vit: p. 13.

similia. Sunt concupiscentiæ velut ignis devorans, ut hamus decipiens, ut laho virtutes furans & enecans, ut venenum cibos inficiens, sicut fera indomita, & equus recalcitrans sibi equitantem hinc inde volutans tandem que in foveam præcipitans, & ac sicut famelicus canis ab incautis quæcumque arripiens; nec non sicut mare continuis æstians fluentibus & refluxibus undis.

Auctores.

Videndi Auctores: Matthias Faber: Conc. Tricæ 4. & 5. post Epiph: Drexelius in Zodiaco, Marchant: in Horto Past: Jos: Langius hoc V. &c.

Lit.

Confessio

Ex mente Concilii Tridentini sess. 14. c. 1. Confessio est *Definitio*.
 Sacramentum, in quo peccata sua detestanti, & legitime
 confitenti vera a sacerdote absolutio, remissio que con-
 ceditur. Est que formaliter integra si quæ hic & nunc *Divisio*.
 moraliter potest penitens confiteatur omissio aliquo vel
 altero peccato alias confitendo, si autem omnia omni-
 no confitenda, declaret, erit materialiter integra.
 Confessionis partes juxta idem Concilium tres sunt *Partes*.
 præcipuæ, scilicet Cordis contritio, oris Confessio, & ope-
 ris satisfactio. Ejus proprietates sequentiõs quidam
 expressit versibus.

Sit Simplex, humilis Confessio, pura, fidelis.

Atque frequens, munda discreta, libens, veracunda,
 integra, secreta, lacrimabilis, accelerata.

Fortis, & accusans, & se punire parata.

Levit: 17. Leprosus adducetur ad Sacerdotem, Num: 5: Vir *ex d. Script:*
 sive mulier, cum transgressi fuerint mandatum Domini,
 atque deliquerint, peccatum suum confitebuntur, Jos: 7.
 Fili mi, da gloriam Deo Israel, & confitere, ac indica
 mihi quid feceris, ne abscondas, Matth: 8. Vade, ostende
 te Sacerdoti, & offer munus, Prov: 28. Qui abscondit
 scelera sua, non dirigetur, qui autem confessus fuerit,
 & reliquerit ea, misericordiam consequetur, Eccl: 17.
 Nõ demoreris in errore impiorum, ante mortem con-
 fiteri... confiteberis vivens, vivus & sanus confitebe-
 ris, 1. joan: 1: si confiteamur peccata nostra, Deus fide-
 lis est, & justus, ut remittat nobis peccata nostra, & e-
 mundet

98. mundet nos ab omni iniquitate, ~

ex Petrius. S. Aug. in Ps: 74. Quid times confiteri? fac confitendo propitium, quem, negando, non facis nesciri. S. Bonav: de sac: virt: to 6. c. 23. Pœnitentia est quoddam spontaneum iudicium, in quo contritio est quoddam cœtatio, ubi sequitur rei spontanea ante mortem confessio, deinde sequitur per iudicem impositæ emendatæ solutio. Idem ser: 2. de rogat: Sit integra, ut effundas in confessione, quidquid habes culpæ in corde, iuxta illud isaie: Effunde sicut aquam cor tuum. non dicit: effunde sicut oleum &c in his enim aliquid remanet, vel de substantia, vel decolore, vel de sapore, vel de odore dum effunduntur: effunde integraliter sicut aquam, S. Greg: 1. 8. mor: Qui promereri vult, quod expetit, debet malum confiteri, quod fecit. S. Bern: ep: c. 24. Confessio peccatoris est vita, iusti gloria, & necessaria est peccatori, & iustum nihilominus decet. S. Hier: in c. 16. Eccl: Si erubescat agrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat, medicina non curat. Pet. Bless: in Job: 1. Si peccatum tuum aperias, dicit Dñs, ego illud operio; si agnosci, ignosco; si te accusas, excuso; si te iudicas & condemnas, te nec iudico, nec condemno. S. Aug: sup: Ps: Quando homo detegit, Deus tegit; cum homo celat, Deus nuda. S. Chrysost: ho: 10. Confessio, abs que sumptu & cruciatu est præsens pharmacum, in pristinae firmitatis valetudinem restituens. S. Hier: in isa: 3. Pœnitentia quasi secunda post naufragium tabula sit miseris. Pellicanus ep: 1. Pigeat sanè peccare, sed non pigeat pœnitere; pudeat periclitari, sed non pudeat liberari.

berari, S. Laur: just: de disc: mor: c. 19. Confessionis Sacra-^{99.}
mentum velut sinus pacatissimus est, in quo hominum
conscientiæ religantur, ne a procellis absorbeantur.

Cum quidam adolescens Parisiis peccata sua exprimere *Exempla.*
erubesceret, ideoque legenda daret, affluentibus tamen
interea rivulis lacrymarum, Confessarius prius ea le-
gens, & postea ad Superiorem consilii petendi gratia,
accedens, dum ea iterum legere parat, omnia deleta
invenit. Casarius

S. Byrgitta & maritus ejus Ulpho Patrem & Socrum,
Birgerum imitati, singulis feriis sextis sua peccata
confitebantur; deinde cum S. defuncti mariti in pur-
gatorio vidisset animam, indagavit quid plus illi ad
salutem profuisset? qui respondit: confessio mea singu-
lis feriis sextis peracta. Lud: Blo: in monit: c. 5.

P. Vincentius Castagnola cum in Confessionali quoti-
die per multas horas sederet, sæpe autem nemo in templo
esset, rogatus causam, respondit: Mercatores & opifices
sæpissime, cum nihil vendunt, spetamen lucri in suis
tabernis otiosos considerare. Ann: Sic: Coll: Mos: 1634.

Sicut domum inveteratam reficimus, immundam ver- *Similia.*
ribus, & superfluis evacuamus oneribus, sic & conscien-
tiam inveteratis onustam sordescentem que peccatis re-
parare, mundare, & exonerare debemus.

Motiva Confessionis peragendæ sint: Honor Dei sui *Motiva.*
Christi, Honor Sanctorum, Salus propria, Amicitia
Dei, Gratiæ recuperatio & augmentum, Robur ani-
mæ, gaudium spirituale; ipsius Confessionis necessitas,
utilitas, æquitas, jucunditas, facilitas. Me-

Media sunt Consideratio Divinae in hoc pietatis,
Christi Dñi sapientiae & charitatis, iudicii & infer-
ni a quibus liberamur per sinceram hinc & contri-
tam confessionem. vicitis omnibus ab ea retrahentibus.
ad exemplum publicani illius, qui descendit iustifica-
tus in domum suam ab humili peccatorum confes-
sione.

Conclusio. Confessio comparari potest piscinae illi probaticae
de qua Joan: 5. quaeque omnis generis saepe habet morbos
ope Angeli. 2^o exercitui, in quo per examen peccata
congregantur; contritione ut armis dimicatur, Confes-
sario ut Duci parendum, &c ut Faber amplificat
Conc: 7. Dom: 3. Quadr: 3^o Eriplici funiculo a suis tri-
bus partibus, qui difficile rumpitur, Eccl: 4. ac tandem
securae in naufragio tabulae, alias, ut habetur Luc: 13.
Nisi poenitentiam habueritis, simul omnes peribitis,
non ergo abscondamus, ut hominis est, peccata nostra
ut Job dicebat: si abscondi quasi homo peccatum meum
sed Davidem imitemur dicentem Ps: 51. Confitebor ad-
versum me in iniquitatem Dño, & remittet Deus impieta-
tem peccati nostri, ut ubi abundaverit delictum, su-
perabundet & gratia.

Mirum hinc facit Seneca monitum Ep: 18. initium sa-
lutis est notitia peccati: qui peccare se nescit, corrigi
non vult, deprehendas te oportet ante, quam emerides.
inquire in te. Accusatoris primum partibus fungere,
deinde iudicis, novissime deprecatoris.

Auctores. Auct: Marchant: Bonstreman, Faber, Fluvius Androchus,
Paulus Parri, Lud: Granat; Lancicini, Langius, &c.
Tit:

Titulus XXIX.

107.

Confirmatio

Est unctio Chriftatis, sub præscripta forma verborum, in fronte Baphtzati ab Episcopo facta, qua ille ex institutione Chrifti gratia augmentum & robur accipit. ita ex Bussemb: l. 6. tr. 2. c. 2.


Definitio.

Ps. 56. Redde mihi lætitiã salutariſ tui, & Spiritu principali confirma me, 2. Cor. 1. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui unxit nos Deus; qui & signavit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris, Ps. 67. Manda Deus virtuti tue: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis, Act. 8. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum.


ex 5. Scriptura.


S. Aug: l. 13. de con. c. 26. Unguentum hoc visibile, quo Ecclesia Baphtzatos inungit, significat invisibilis gratiæ donum, quo Sp̃tus S̃tus Chriftum imprimis, qui & a Chriftate nomen trahit, & deinde Chriftianos omnes interna unctioe imbuit atque confirmat, S. Isid: l. 2. de eccl. off. c. 25. Ergo quia genus regale & sacerdotale sumus, ideo post lavacrum unguimur, uti Chrifti nomine censeamur. S. Aug: in sent. n. 341. Ideo omnis Chriftianus sanctificatur, ut intelligat, se non solum sacerdotalis & regie dignitatis esse consortem, sed etiam contra diabolum fieri luctatorem, S. Melchiod: ep. ad thys: episc. Quia in hoc mundo tota ætate victuris, inter invisibiles hostes & pericula gradiendum est, in Baphtismo regeneramur ad vitam, post baphtismum confirmamur


et Patris.

102. firmamur ad pugnam; in Baptismo abluimur,
post Baptismum roboramur; ⁹ S. Pet. Dam. Ser. 1.
de Dedic. Eccl. Secundo est Sacramentum Confir-
mationis: in Baptismo spiritus datur ad veniam
hic ad pugnam: ibi mundamur ab iniquitate,
hic virtutibus prae munimur. 

Exemplo. Cum Paschali tempore Flaro Meldensis Episcopus
subditos suos hoc Sacramento initiaret, cæcus
quidam puer inter alios accedens mox oculorum
usum recepit. S. Malchus verò usum rationis per
idem Sacramentum puero cuiusdam restituit. *Sauroll.*

Similitudo. Sicut in edificiis materialibus (ait S. Th. 4. p. q. 72.
a. 11.) fabri inferiores calcem, cæmentum, ligna, &
reliquam materiam subministrant; absolutio verò o-
peris, & ultima manus impositio ad Architectum
spectat: ita Baptismus per communes sacerdotes con-
ferri solet; Confirmatio verò, quæ spirituale hominis
edificium perficit, manum Episcopi requirit. 

Potest & oleo comparari hoc Sacramentum juxta
illud Ps. 88. Oleo sancto meo unxi eum: manus enim
mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit
eum; vel Balsamo: Eccl. 24. Sicut balsamum aroma-
tizans odorem dedi, Gladio: 2. Mach. ult. Accipe ^{sanctum} gladium, munus a Deo, in quo deicies adversarios, &
1. Reg. 21. character exprimitur Confirmati: Ecce unxit te
Dñs super hereditatem suam in Principem. 

Auctores. Pet. Canisius, Marchantius, D'Outreman, Anto-
Saurollius, Mathias Faber. &c. 

Tib:

Titulus XXX.

103.

Conscientia ☉

Conscientia, seu Cordis scientia, ut Hugo vertit, des-
cribitur ab Eusebio l. 1. tr. 1. c. 1. *Dictamen rationis,* ^{dehinc.}
sive actus intellectus, quo iudicamus, aliquid hic &
nunc agendum, vel omittendum esse, vel fuisse. A the-
ologis dividitur in rectam, erroneam, probabilem, du- ^{divisio.}
biam, & scrupulosam; ab Ascetis vero in bonam, seu
boni conscientiam, & malam, si ve de malo opere arguentem.

Rom: 2. *Gerentes ostendunt opus legis scriptum in cordibus* ^{ex sacra}
suis. *Eccl: 32. in omni opere tuo crede ex fide animae tuae,* ^{scriptura.}
hoc enim est conservatio mandatorum. *Eccl: 14. Beatus,*

qui non est lapsus verbo. ex ore suo; & non est stimulatus
in tristitia. *Delicti. 1. Joan: 3. Charissimi, si cor nostrum non*
reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quid-
quid petierimus, accipiemus ab eo. *Prov: 15. Secura mens*
quasi iuge convivium. *2. Cor: 1. Gloria nostra haec est,*
testimonium conscientiae nostrae, quod in simplicitate cor-
dis conversati sumus in hoc mundo. *Eccl: 13. Bona est*
substantia, cui non est peccatum in conscientia. *P: 37.*

Die ac nocte gravata est super me manus tua, conversus
sum in arumna mea, dum configitur spinae. *Job: 7. Fructus*
sum mihi met ipsi gravis. *Prov: 28. Fugit impius, nemine*
persequente; iustus autem quasi leo confidens absque ter-
rore erit. *P: 56. Peccatum meum contra me est semper.*

Marc: 9. Vermis eorum non moritur.

S. Chrysost: Ho: 4. in 3. ep. ad Tim: Quantum licet quis ad vi-
tionum

ex Fabricius.

104. tiorum profunda corruerit, etsi verbis fortassis crimen diluat, conscientiam tamen ipse suam effugere nequaquam poterit. S. Greg: Pa: l. 27. mor: c. 17. Humana iudicia potest subterfugere male agens, sed non iudicium conscientiae, quam Nazianzenis Domesticum & verum tribunal, vocat Chrysostomus accusatorem, Ambrosius Arbitram, & alibi Chrysost: Magistram. S. Bern: Senens: to: 2. ser: 52. ait: Est Conscientia quasi candela accensa, quam posuit Dominus in medio cordis nostri, ut pateant ea quae in eo sunt contenta; & S. Bern: l. de Consol: Quid dicitis, quid in corde dulcius, quid quietius, & securius bona conscientiam, quae & ipsa morte magis erigitur, quam deprimitur, sed e contra inter omnes (ait S. Aug: in Ps: 45.) tribulationes humanae animae, nulla est maior tribulatio, quam conscientia delictorum, & in Ps: 36. Quisquis malus est, male secum est torqueatur necesse est, sibi ipsi tormentum est; ipse est enim poena sua, quem torquet conscientia sua: fugit ab inimico, quo potuerit, a se quo fugiet? S. Bern: ser: 23. in Cant: Infernus quidam, & carcer animae rea conscientia est. Latinus Pacatus in Paneg: Habet occultos conscientia carnifices, quia magis torquent vitia quam cruces, verbera & tormenta. S. Thomas in 4. dist: 35. q. 11. Conscientiae remorsus dicitur vermis, in quantum dritur ex putredine peccati, & animum affligit. Vermis est, ait S. Ambrosius, eo quod irrationabilia animae peccata mentem rei, sensum que compungunt, & quaedam excedunt viscera conscientiae. Kemp: l. 2. c. 6. Habe bonam conscientiam, & semper habebis latitiam.

Quidam patrata innocentis pueri caede, ut scelus occultum melius expiaret claustra ingressus omnis generis penitentiis exercuit; sed continuo afflictus conscientia remorsu, tantum non valens sustinere cruciatum in monasterio desperans excessit, dein in carcerem coniectus, tandem capite plexus est Diospoli. Præspir: c. 107.

S. Aloysius Gonzaga, adeo studebat mundam servare conscientiam, ut non modo alii, sed nec ipse quidem reperire quid posset, quod peccati venialis speciem haberet. vit: l. 2. c. 10.

Alia plura habes exempla, in S. litteris, Herodis Marc: 6.

Antiochi 1. Mach: 6. Adami Gen: 3. Caini, Gen: 4. Fratrum Josephi Gen: 42. &c. quos omnes mirè torsit suorum

conscientia scelerum, jure comparata procelloso & turbulento mari, febrim tremeficanti, Rivo sensim terram cavanti, Ericio undique pungenti, à qua liberari possumus Custodiâ sensuum, Conscientiâ accurato & frequenti examine, crebra peccatorum confessione, præpta consilii & correctionis acceptatione, &c.

Quam rectè Seneca dixit ep: 47. Ante peccatum conscientia est frantum, post peccatum est flagrum, unde Ps: multa flagella peccatoris, & Salvianus l. 1. de Prov: Nemo aliorum sensu miser est, sed suo, & ideo non possunt esse falso judicio miseri, qui sunt verè conscientia sua beati. Plutarchus l. de ani. tranquil: Facinorosa conscientia, instar ulceris in corpore penitentiam relinquit in anima lancinantem jugiter, ac pervellentem.

Drexelius in Daniele, Jo: Bunsæus in Viridario, Ludov: Granat: Jos: Langius, &c.

Tit:

Titulus XXXI.

Consilium

Definitio, & divisio. Juxta S. Damascenum est appetitus inquisitivus de rebus utilibus, ita l. 3. c. 33. Dividitur in Divinum, seu a Deo inspiratum, & humanum seu ab homine suggestum.

ex Script. Actor: 5. Si est ex hominibus consilium, aut opus hoc, dissolvetur. Ps. 32. Consilium autem Dñi in æternum manebit. Ps. 65. Terribilis in consiliis super filios hominum. Prov. 13. Dissipantur cogitationes, ubi non est consilium. Tob. 4. Consilium semper a sapiente require, Eccl. 6. Consiliarius sit tibi unus de mille. Eccl. 32. Fili sine consilio nihil facias, & post factum non penitebit. *Beatus* Qui agunt omnia cum consilio, requiruntur sapientia, Prov. 13. & c. 29. Cogitationes consiliis roborantur, c. 27. Unguento, & variis odoribus delectatur cor, & bonis amici consiliis anima dulcoratur.

ex Patribus. S. Bern: Ep: ad Henr. Senens: Archiep: Ad consilium soli eligantur, qui & prudentes esse videantur, & benevoli; alias non sunt perfecta consilia. S. Greg: l. 1. registri: Nullus fidelior tibi ad consilium potest esse, quam qui non tua, sed te diligit. S. Aug: l. 4. de Civ: c. 14. Vbi dixisti: meus sensus sufficit mihi, ibi defecisti; ubi tuo consilio placuisti, ibi periisti. S. Greg: Miss: c. 13. de Ep: hom: O! rem admirandam! Sol creatur nulla deliberatione precedente, eodem que pacto Cælum... Ad solius hominis fabricationem Creator ille rerum quaedam cum consideratione accedit... creatus est homo cum consilio, ut ex sui molitione disceret, quo pacto & ipse reliqua moliretur; ne postea neglexisse peniteat, quod Deum

Deum, fecisse non producit, .S. Basil: orat: de felic: Pro-^{107.}
recto Divina quaedam res est consilium; est namque
animi conjunctio, charitatis fructus, mentis demissa
demonstratio, .S. Ambr: l. 2. de offic: Quanto utilius Re-
gem Pharaonem, Joseph consilio providentiae juvit,
quam si pecuniam contulisset: Facile pecunia consu-
mitur, consilia exhaustiri nesciunt; haec usu augentur,
pecunia minuitur, ~

Alphonsus Rex interrogatus, quibus consiliis maxime, *Exempla.*
utere, & delectaretur? respondit, a quibus sine mehi
sine gratia, quae nosse cuperet, fideliter audiret. Panormi:
l. 3. de gest: Alph: ~

Livius Salinator in consilio primus rogatus senten-
tiam, neminem fidelius posse dare consilium dixit,
quam eum, qui id alteri suaderet, quod ipse, si in eodem
loco esset, facturus esset. Liv: l. 7. dec: 4.

Federicus Caesar dicere solebat: utinam consiliarii mei
in palatii vestibulo duas res deponerent; interrogatus,
quanam forent? Simulatio & dissimulatio respondit ~
Kn: sily: l. 3. ~

Recte monuit non nemo: Beyrl: hoc V.

O Consultores, rectos assumite mores,
Publica privati praeponite commoda gratis,
Ne damnet vestras animas Divina potestas.

& bene Verinus cecinit:

Consilio utilius, quam viribus arma geruntur;
Militis est robur consiliumque Ducis.

Videndi Jos: Langius, Laur: Beyrlinck, Adrianus Auctores.
Lyraus, Lud: Grahat:, Hierem: Drexelius, in Snaet: c. 9.
Et in Joseph: c. 9, Joan: Busaeus hoc V. ~

~ ~ ~ ~ ~
Tit:

Titulus XXXII.

Consolatio

Definitio
et Divisio.

Est medium quoddam ad suum, vel alterius animi excitandum vel recreandum. unde 1^o dividitur in propriam cum a se, & alienam cum ab alio alicui provenit. 2. in internam & externam; 3. in spirituales & corporales. 4. in rationalem, & sensibilem.

ex script: 2. Cor. Benedixit Deus... Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. Ps. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuae (sine) laetificaverunt animam meam, Osee 2. Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor ejus, Ps. 65. Transivimus per ignem & aquam & eduxisti nos in refrigerium. 2. Cor. 1. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra, ... sicut socii passionum estis, sic eritis & consolationis.

ex Patribus.

S. Greg. in Moral: Ordo consolationis est, ut studeamus prius merendo lugenti concordare. Dolentem non potest consolari, qui non concordat dolori: quia eo ipso quod a merentis afflictione discrepat, minus ab illo recipitur, cui mentis qualitate separatur. S. Ambr: in 1. de Joseph. Consolatio mitis debet esse, non aspera, quae magis dolorem leniat, & furorem mitiget, quam commotionem excitet. Kemp: l. 2. imit. c. 9. Datur consolatio Divina, ut homo fortior sit ad sustinendum adversa. Solet sequentis consolationis tentatio procedens esse signum, Verus amator Christi non querit sensibiles dulcedines, & per totum S. Aug: sup: ioan: Hoc est, quod nos & laetificat in omnibus

nibus laboribus & periculis vite hujus, amor nos-
ter in Deum, & pium studium, & certa spes, & fervor
spiritus; S. Bern: apud Engelg. Dom: 4. post Pascha: Illud
verum ac solidum gaudium est, quod non à creaturis,
sed a creatore percipitur; ☩

S. Sydwina Batava, tanto consolationum cumulo *Exempla.*
recreabatur a Deo, ut earum pondere se opprimen-
dam diceret, nisi etiam aliquando à Dño humiliaretur.
hinc: bona, aiebat, est consolatio, quam non timor in-
flat, sed timor consolidat; . in ejus vita ☩

Joannes Berckmannus rogatus quibus remediis adver-
sus ariditates animi uteretur? respondit: orare, occu-
pare me, patientia, & sinus B. Virginis. vi. p. 2.

ipse Cicero dixit: multum potest provisio & preparatio *Motiva.*
ad minuendum dolorem, 3. Tuscul: ubi etiam hæc habet:

Officia consolantium sunt, tollere ægritudinem funditus
aut sedare, nec pati manere longius, aut ad alium tra-
ducere. Seneca Ep: 88. Noli mala tua facere graviora
& te querelis onerare: levis est dolor, si nihil illi opinio
adjecerit... tam miser est quisque quam credit; Qui
& alibi monet apud Languium: Sicut medici vetant ad-
moveri pharmaca, cum morbus in accessu est, & saevit;
ita ad primos iræ ac doloris motus non est adhibenda
consolatio, sed ubi post tempus ceperint esse leviores;

Videndi S. Fr: Salesius introd: c. 13. Alphonsus Rodrig: *Auctores.*
p. 1. tr: 8. c. 24. Engelgrave, Stapleton, Beyrlinck, Se-
verinus Boetius, Jos: Languis, Lud: Granat: & præci-
pue S. P. Ignatius Lib: Exerc: in Regulis Discern: Spirit:

Tit:

Titulus XXXIII.

Consuetudo

Definitio
habetur.

Est habitus seu qualitas reddens facilitatem operan-
di. Alia est bona, quæ ex virtutibus; alia mala, quæ
ex vitiis generatur actibus.

ex S. Scrip-
tura

Prov: 22. Adolescens iuxta viam suam, etiam cum se-
nuerit, non recedet ab ea; Thren: 3. Bonum est viro,
cum portaverit iugum ab adolescentia sua; Jerem: 18.
Si mutare potest ætiops pellem suam, aut pardus va-
rietates suas, & vos poteritis facere bene, cum didiceritis
malum; Eccl: 10. Languor prolixior gravat medicum:
breve languorem præcidit medicus; Job: 14. Lapidem
excavant aquæ, & alluvione paulatim terra consumi-
tur; Isa: 5. Vae, qui trahitis iniquitatem in funiculis
vanitatis, & quasi vinculum plastris peccatorum;

ex Patribus.

S. Basil: ho: 5. Per molestum est, & vix toleratum possibile,
vel ipsis brutis, amoveri a consuetudine; S. Hier: ep: 7.
Recens testa diu & saporem retinet & odorem, quo pri-
mum imbuta est; S. Aug: sup: Matth: hom: 48. Males
imposita sepulchro ipsa vis est dura consuetudinis,
quæ premittitur animæ, nec resurgere nec respirare per-
mittitur; & l. 8. Conf: c. 5. Ex voluntate perversâ facta
est libido, & dum servitur libidini, facta est consuetudo;
& cum consuetudini non resistitur, facta est necessitas;
S. Greg: l. 4. mor: Cum culpa in usum venerit, ei jam a-
nimus, etiamsi appetat debilius resistit, quia quot vici-
bus prava frequentationis adstringitur, quasi tot vin-
culis ad mentem ligatur; & l. 18. Tenent prava con-
suetudines, quem semel ceperunt, atque quotidie du-
rior

riores existunt, & non nisi cum peccatoris vita fini-
untur. & l. 16. Quaedam angustia est, a mala consue-
tudine exurgere velle, nec posse, atque a semetipso
contradictionem perpeti. Kemp: l. 1. c. 13. Quanto diutius
ad resistendum quis torpuerit, tanto in se quotidie de-
bilior sit, & hostis contra eum potentior.

Miles ante urbem Ostendam, assuetus blasphemis, eas *Caempla.*
ad singula verba repetebat. saepe monitis, consuetudi-
nem obijciebat. tandem ad inopiam redactus, ab uno
societatis nostrae sacerdote, qui in castris erat stipem
petiit: negavit ille, se homini blasphemico quidquam da-
turum. Respondit miles, dolere se, sed emendare non pos-
se, quod ut sacerdos falsum ostenderet, aureum num-
mum promisit, si per horam se sequeretur castra lus-
trando, sine iuramento. Praeibat sacerdos nummum
ei ostendens quoties ab aliorum provocaretur insultibus
quod cum saepe accideret semper tacente milite, qui
hic isto pacto & nummum promeritus, & a perversa
consuetudine liberatus est. Engelgr: Dom: 3. Anadr: 9. 4.

Sigenes, dum improbum inveterata consuetudinis
admoneret, interrogatus, quid ageret? aethiopem laevo,
respondit, abdiditque, senem admonere, & mortuum
lavare, idem esse. idem p. 2. lucis Evang:

consuetudinis similitudines habemus in morbis corpo- *similia.*
ris inveteratis, in variis brutorum ipsorum habitibus,
in ipsis vegetabilibus, quae ut crescunt, sic sensim fortiora
duriora, graviora efficiuntur, nec non & in omni ani-
ma destitutis quibus repetito usu facilius utimur, & ad
quodvis dociliora evadunt. Est

112. Est que consuetudo prava gladius anceps corpus
& animam feriens; Catena qua demonis efficiuntur
captive; animæ lethargus in manifestum eam injiciens

Mediæ. verdilionis periculum: contra quam armis pugnan-
dum est contrariis, juxta illud Kempensis Ascæta l. 1. c. 28.
Tantum proficies, quantum tibi ipsi vim intuleris; nã
vis vi repellitur, & ars arte deliditur, & addit S. Bern:
in Serm: de 7. don: & consuetudini consilium opponas,
Solet que (ait S. Aug: l. de doctr: Christ:) recta opinio pra-
vam corrigere consuetudinem, sicut ista rectam de-
pravare naturam, eam que fortiter constringere, &
ligare ex illo Ps: 118. Funes peccatorum circumplexi
sunt me. Vide inter alia Spec: Exempl: hoc V.

Auctores.

Titulus XXXIV.

Contritio

Definitio. Definitur à Concilio Tridentino: animi dolor, ac
detestatio de peccato commisso, cum proposito non
peccandi de cætero. Alia est imperfecta, perfecta
divisio. illa est, qua Attritio vocatur, quæque ex moti-
vo supernaturali spei vel timoris elicatur, ista ve-
rò, quæ Contritionis nomen absolute sibi vindicat,
elicatur primario ob amorem Dei super omnia di-
lecti de hac præcipue hic agitur.

ex S. script: Isa: 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amari-
tudine animæ meæ, dicebat Deus Rex Ezechias. Joel: 2.
Convertimini ad me in fletu, & planctu, & scindite
corda vestra. Ps: 38. Sacrificium Deo spiritus contri-
bulatus: cor contritum & humiliatum Deus non des-
picies,

picies. Osea 14. *Sanabo contritiones eorum, diligam eos, quia aversus est furor meus ab eis.* 113.

Augo Vic: *Tanta est penitencia tua, quanta est con-* ex fuitibus.

tritio tua, quanta est devotio tua; contritio pro malo quod fecisti, devotio pro bono recuperando quod amisisti. S. Bern: den: to: 1. ser: 12. a. 1. *Contritio apostema pungit, confessio aperit, & saniem emittit, satisfactio cataplasma apponit: per hanc igitur punctiorem conteriitur cor humanum, & tunc peccati delectatio totaliter effunditur.* S. Greg: ho: 33. *Tanto amplius peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur.* S. Bonav: Ser: 2. Dom: infra oct: *Epi: in peccato tria sunt mala: macula, offensa, reatus; in contritione autem contra maculam est expiatio, contra offensam propitiatio, contra reatum afflictio,* S. Aug: in Ps: 41. *Intus habeo victimam quam immolentus quod imponam, sacrificium, quod flectam Deum meum: Sacrificium Deo Spiritus contritulus.*

Paris iis obiit Canonicus quidam, qui licet delicatissime vixisset, permissus est a pio Deo omnia S. Ecclesie sacramenta in vitæ extremo suscipere, ita, ut ab hominibus post mortem creditus sit inter electos computandus; sed eheu! cuidam amico defunctus apparens, se damnatum professus est, ingenter que demiranti amico respondit: *vera inter tot pios actus mihi defuerat contritio ex levitate vel potius nullitate propositi de non peccando de cætero, si forte convaluisssem.*

Caesar: l. 2. mir: c. 21.

Vidit aliquando S. Brigida daemones triumphare, quod animam peccatis obsitam jam sui juris futura cre-

114. crederent; sed cum B. Virgo minimam contritio-
nem ei impetrasset, magno cum epulatu aufugientes
adversarios conspicata, admirabilem mutationem Deo,
animaque illi congratulata est. vit: l. 4. c. 7.

Media. Media Contritionis concipiendae sunt: in primis gratia
divina ad id imploratio, deinde Dei offensi bonitatis
& maiestatis consideratio, indeque sceleris peccati
cognitio: quia (ut S. Greg. ait l. 5. in 2. l. Reg: c. 11.) Com-
punctionis gratia, menti non insunditur, nisi prius
ipsa ei peccati magnitudo demonstretur.

Motiva. S. Chrysostomus hb: 5. ad pop: sic laudat Contritionis
efficaciam: Peccavit quis? tristatus est? peccatum do-
luit? dissolvit debitum; similitudinem capite in verme,
qui lignum, ex quo nascitur, consumit; ita nimirum &
dolor ex peccato ortus, ipsum in cineres redigit, & an-
nihilat, & S. Th: de Villanova in Dom: 4. Quadr: Haec
est illa aqua vitae piscina, quam movet Angelus in
corde per dolorem, in quam, qui intrat, per huiusmo-
di aquae motum sanatur, & mundatur ab omnibus
infirmis suis. Haec est illa (prosequitur) virga
Moysis, qua percussim mare concupiscentiarum ex-
astuans, dividitur in divisiones, ut electi Dei sicco pe-
de promissionis in terram pertranseant.

Auctores. Videndi, ultra saepius citatos, Jos: Mansi, Petrus
Pennequin &c.

Titulus XXXV.

Cruca

Definitio. Prout hic accipitur est afflictio seu tribulatio prop-
ter Christum tolerata, vel in corpore, vel in mente.

Notas. Hujusque tolerantia artus seu gradus sunt: tales

115.
afflictiones magni facere, desiderare, prompte accep-
tare, patienter sufferre, in eis gaudere, ac de eis gloria-
ri, cum Paulo dicente Galat: 6. *Mihi absit gloriari, nisi*
in Cruce Dñi N. J. C. 9

2-Cor: 6. *In omnibus exhibeamus nos sicut Dei mi-* ex S. Script:
nistros in multa patientia, in tribulationibus. 2-
Tim: 3. *Omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu,*
persecutionem patientur. Act: 14. *Per multas tribu-*
lationes oportet nos intrare in Regnum Dei. Luc: 24
Nonne hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in
gloriam suam? Gen: 42. *Merito hæc patimur, quia*
peccavimus. Job: 2. *Si bona suscepimus de manu Dei*
mala quare non suscipiamus? Ps: 33. *juxta est*
Dñus his, qui tribulato sunt corde. 2-Tim: 2. *Si cõ-*
mortui sumus, & convivemus. Matth: 5. *Beati, qui*
persecutionem patiuntur &c. Sap: 2. *In paucis ve-*
xati in multis bene disponentur. Ps: 22. *Virga tua*
& baculus tuus ipsa me consolata sunt. 2-Cor: 7.
Superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.
1-Pet: 4. *Communicantes Christi passionibus gaudete*
ut & in revelatione gloriæ ejus gauderitis exultantes.

S. Aug: 1. de Past: *Flagellat Deus omnem filiũ* ex Patribus.
quem recipit, & tu forte exceptus eris? si exceptus es
a passione flagellorum, exceptus es a numero filiorum
& sup: Ps: 66. In fornace ardet palea, & purgatur
aurum; illa in cinerem vertitur, & illud sordibus ex-
uitur. Fornax mundi, aurum justis, ignis tribula-
tio, artifex Deus. S. Greg: in Mor: *Aurẽm cordis tri-*
bulatio

116. *bulatio aperit, quam saepe prosperitas hujus mundi claudit, idem ibid. Nemo, quantum profecerit, nisi inter adversa cognoscit, Cassiod. sup. ff. Parva toleramus, si recordemur, quid biberit ad patibulum, qui invitat ad caelum, S. Chrysostom. hom. 8. de pat. Job. Si quis me cum Angelis statuat aut cum Paulo victo, vincula eligerem: etenim nihil melius, quam mala pati pro Christo, Kemp. l. 2. c. 12. per tot. Non est aptus ad comprehendendum caelestia, nisi se submiserit ad portandum pro Christo adversa.* ☉

Exempla. S. Theresia dicere solebat: Nolim tribulationes cum omnibus mundi thesauris commutare. P. adag. Christ. 10. 2. c. 15. 2. et 6.

S. Franciscus, cum aliquando gravissimo oculorum dolore vexatus, a Deo peteret, ait: vivit a Christo, inexplicabile sibi in caelis premium pro illis parari, et ad hoc se per hos dolores investiri. Spec. lxx. v. Caliglor. lxx. 4. ☉

S. Procopius M. iudici tormenta argenti dixit: Falleris, o iudex, si me tuis tormentis ad nequandum Christum inducere speras: quid enim ei, qui Christum amat, jucundius esse potest, quam pati pro Christo? quae gaze opulentiores esse possunt. Sen. 8. jul. ☉

*P. Petrus de Anasco adhuc adolescens, tanto flagrabat patendi desiderio, ut servo flexis genibus, et muneri-
bus etiam ad se cadendum alliceret. Annua Periana. 1607.*

P. Carolus Spinoza ex carcere scripsit: non capit animus gaudia quibus jam diffuso, et vit. c. 15.

Similit. Sicut stella noctu tantum lucent, sic in adversis virtus quae in tribulatione probatur, ut aurum in fornace, ut iugo boves, freno equi, cera igne. Sunt tribulationes

anima. ut corpori exercitium, potio amara. sed sanans
 chirurgus dissecans, sed curans; sal pungens, sed a cor-
 ruptione preservans; ut pluvia, nix, et ros terram re-
 frigerans sed fecundans, ut aratrum eandem commo-
 vens ac dividens, sed ad fructificandum habilitans; ut
 cultellus vitem feriens, sed ab impedimentis emundans.
 atque ut alia instrumenta. Linum, lanam, ferrum, gra-
 na etc. percutientia quidem, sed ad utilem suum adap-
 tantia finem; eruntque tribulationes justo insignia
 trophæa, sicut strenuo militi sunt post bellum cicatri-
 ces et vulnera.

Sint ergo in motiva ad Crucem patienter ferendam, ejus
 necessitas, æquitas, utilitas, dignitas, ac jucunditas in
 horum decursu insinuata; media verò Premeditatio,
 oratio, Communio sacra, Consideratio providentiæ Dei,
 suorum peccatorum, Passionis Christi, præmiæ vel sup-
 plicii æterni. imò & amoris quo Deus ad nos afflictio-
 nes mittit ad correctionem, vel probationem, vel ma-
 jorem glorificationem nostram, nam ut Buchlerus
 cecinit: Dulcia non meruit, qui non gustavit amara
 et isa: 36. Vexatio dabit intellectum; & Kemp: l. i. c. 16.
 Tribulatio hominem fragilem non facit, sed qualis sit
 ostendit,

Motiva
 Media.

Bursarius in Panario, Loutheman in Bædag; Langi-
 us in Polyanth.; Franc: Ribera de bono tribulationis,
 Lud: Granat: in loc: comm; Matthias Faber præcipue
 in Fæsto S. Crucis, Stapleton in variis, Joan: Major
 in Spec: Exempl: ~

Auctores.

Tit.

Nomina

Daemon ab Etymologia græca *sapiens expertus*, pro
calliditate *Serpens* & ab animo nocendi *Satanas* seu
adversarius dicitur, & pro superbia *Diabolus*, descri-
bitur à S. Bonaventura in Comp. Theol: 1.2.c.26. *Spiri-*
tus impurus, humani generis inimicus, mente rationa-
lis, in nequitia subtilis, semper infernum secum por-
tans &c. Aliqui demones in 9. Choros dividunt æque
ac Angelos bonos; alii in igneos, aereos, terreos, æ-
quales, subterraneos, tenebrosos: & Cassianus juxta
peccata ad quæ alliciunt eos distribuit, Coll: lat: 1. c. 17.

Substantia

Qualitas

ex Scriptura.

Apoc: 10. & apprehendit draconem, serpentem
antiquum, qui est *diabolus & satanas*. Luc: 4. & con-
summata omni tentatione, diabolus recessit ad eo us-
que ad tempus. 1. Cor: ii. *ipse satanas transfigurabit*
se in angelum lucis, Eph: 4. *Volite locum dare diabo-*
lo. 1. Pet: 5. *Adversarius vester diabolus tanquam leo*
rugiens circuit &c. Eph: 6. *Induite vos armaturam*
Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli. Isa: 14.
Quomodo cecidisti de Cælo, lucifer, qui mane oriebaris:
... qui dicebas in corde tuo: in cælum conscendam ...
similis ero Altissimo,

ex Patribus.

S. Bern: 1. 19. *Medit: Portuosus ille serpens, cui nullum*
aliud est desiderium, nullum negotium, nullum studium,
nisi perdere animas nostras. S. Bonav: 2o. 2. in solil:
Mira calliditate omnium disculit (diabolus) consuetu-
dines, ventilat curas, scrutatur affectus; & ibi semper
quærit causas nocendi, ubi quemque viderit stulto-
scus

siis occupari. Hugo Card. in Ps. 4. *Sua specie boni* 119.
diabolus abscondit nobis laqueos: hypocrisis specie
continentie; inanis glorie in via macerationis; severi-
tatis in via iusticie, obstinationis in specie constan-
tie &c. S. Aug. ser. de Temp. Hoc tamen scitote, fra-
tres, quia diabolus non persequitur nisi bonos: mali e-
nim amici sui sunt, & voluntatem ejus semper faciunt.
Idem ser. 167. de temp. Alligatus est, tanquam innexus
canis catenis: latrare potest, sollicitare potest, morde-
re omnino non potest, nisi volentem, & c. 16. Solil. Pessi-
ma insania nostra: inimicus ut occidat, semper vigi-
lat sine somno; & nos, ut custodiamus nos, nolimus
evigilare a somno. S. Greg. l. 8. mor. c. 32. Aut enim
opprimendo rapit, aut insidiando circumvolat, aut
suadendo blanditur, aut minando terret, aut desperan-
do frangit, aut promittendo decipit. S. Ambr. c. 8. ad Gal.
Diabolus nostris nos jaculis impugnat, occasio datur
illi per peccata nostra, ut deserente nos Deo, accepta
potestate illudat, & mortificet nos. V. Beda in c. 11. luc.
Sape antiquus hostis postquam menti nostra tentatio-
num certamen infligerit, ab ipso certamine ad tempus
recedit, non ut illatae militiae finem prebeat, sed ut cor-
da, quae per quietem securae reddidit, repente rediens
inopinante irrumpat. Nunquam enim (teste S. Clima-
co grad. 14.) Dæmones nobiscum belli faciunt inducias.
S. Thomas in 2. Cor. 12. In hoc cognosci potest, quod dia-
bolus sit; quia bonus Angelus in principio hortatur ad
bona, & perseverat in eis; sed malus in principio quidem

120. prætendit bona, sed postmodum inducit & instigat ad mala. S. Bonav. in luc. 4. Diabolus voluntatem semper habet, sed potestatem nocendi non semper, quia illam habet a semetipso, istam quantum, & quando permittitur a Deo.

Exempla. Celebris est S. Macarii visio, qui, cum dæmonem multis vasis vitreis onustum ante cellam suam obvium, quid hoc sibi vellet, interrogasset, is, in procinchi se esse respondit, ut vasa illa monachorum suorum congregationi adferret, ut pro cuiusque gustu singulis offerret singulas peccati illecebras. in vit. p. l. 3. n. 61.

Similia. Aptè Diabolus comparatur aliis omnibus creaturis noxiis, ut sicut hæc corpori, sic ipse nocet animæ; nulla fera, illo ferocior, nullus homo callidior, nullum sic ladens ferrum.

Motiva. Hinc motiva ad dæmonem odio habendum sint, quia astutissimus est, occultissimus, terribilissimus, superbissimus, furiosissimus, & invidiosissimus. Media que præcipua ad ejus cavendas insidias, sunt: Oratio, Præsentia Dei, Charitas fraterna concursus, Subjectio, Vigilantia, Compunctio, Confidentia propriae abjectio, Verbum Dei inscutum & gladium, terribenarum contemptus, fortis in principio resistentia, oti fuga, sensuum custodia, &c.

Titulus XXXVII.

Desperatio

Definitio. Est vitium, quo homo ex falsa existimatione de Dei Omnipotentia & misericordia credit, eum non posse, aut non velle peccata remittere, atque adeo consecutionem æternæ beatitudinis sibi impossibilem esse. Ita S. Tho:

Thomas 2.2. q. 20. a. 1.

2. Reg: 1. An ignoras, quòd periculosa sit desperatio? ex Sacra
Scriptura.
 job: 15. Non credit, quòd reverti possit de tenebris ad
 lucem circumspectans undique gladium. Jerem: 15.
 Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea
 desperabilis renuit curari. Prov: 18. Impius cum
 in profundum venerit peccatorum, contemnit: sed
 sequitur eum ignominia & opprobrium. Jer: 18.
 Desperavimus: post cogitationes nostras isimus, &
 unusquisque pravitatem cordis sui mali faciemus.)
 Eph: 6. Desperantes, semetipsos tradiderunt in prodi-
 titia, in operationem immunditie omnis in avaritiam
 Eccl: 14. Felix, qui non habuit cordis sui tristitiam,
 & non excidit spe sua.)

S. Aug: in lib: de Symb: Lator agnovit, Petrus nega- ex Patribus.
 vit; in Petro demonstratur, quemque justum non de se
 praesumere, in latrone nullum impium debere disfidere
 conversum, & lib: de util: panit: Nemo, inquit, desperet;
 iudam traditorem non tam scelus, quòd commisit quàm
 indulgentià desperatio fecit penitus interire... ne des-
 perando augeamus peccata, propositus est penitentia
 portus; rursus, ne sperando augeamus, datus est dies
 mortis incertus. S. Leo Papa: Misericordia Dñi Dei
 nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire,
 apud quem nullas patitur veniæ moras vera conver-
 sio. S. Cyprian: Ser: de Cæna Dñi: Nec quantitas cri-
 minis, nec brevitatis temporis, nec horæ extremis, nec
 vitæ enormitas, si vera contritio, si pura fuerit volup-
 tatum mutatio, excludit a veniæ, sed in amplitudine

122 sinus sui mater charitas prodigos suscipit rever-
tentes; & (velit, nolit Novatus hæreticus) omni tempo-
re Dei gratia recipit penitentes). S. Chrysost: hom: 3.
de penit: Qui de venia peccatorum desperat, negat
Deum esse misericordem; & magnam injuriam Deo fe-
cit, qui de misericordia ejus diffidit; S. Isid: l. 2. de sum:
bono: Illius æternæ civitatis januas nobis desperatio
claudit, spes aperit, fiducia latum præbet ingressum

Exempla.

Præter exempla Caini Gen: 4. & Judæ Matth: 27.
Athenesim ac horrificum paradigma. dedit iniquita-
tia sæculo priore exeunte Calvinianæ sectæ Minister.
is è moriente pectore desperatæ salutis execrandam
illam vocem eructaverat: Non ita equidem insanio
ut Deum esse nesciam; sed quia ille me deseruit (oblas-
phemia!) ego vicissim eum desero: vix vocem hanc
arco dignam absolverat, cum ecce inter ingentes to-
tius ædis concussiones, irrupit in cubiculum monstium
horridum, quod morientem, naso truncatum prius &
linguâ, mœ compressa in collo blasphemâ, fauce,
exanimem dedit. Leon: Man: Zin. in Pass: nov: antiq: l. 3. dis: 1.

Anno Dñi 1370. ardentissimis precibus S. Cathari-
næ Senensis, obtinuit a Deo Senensis quidam civis om-
ni flagitiorum genere detestabilis (Andreas Naddini no-
mine) ut Christus ipse sibi morti proximo & desperato
appareret, hortaretur que ad penitentiam pollicens
veniam: & ecce subito Andreas saxo durior, mollescit,
sincero dolore peccata sua confitetur, & ingentibus
prædestinationis signis conspicuus statim migrat è
vita

Habes in sequentijs & motiva & media despera- 123.
tionis fugienda: S. Ambr: in Luc: idem confirmante ^{Motiva}
Aug: in Ps: 35. Desperatio homicida est anima & S. ^{& Media.}
Isid: l. 2. de sum: bo: Perpetrare flagitium aliquod,
mors est anime; sed desperare, est in infernum descē-
dere, S. Chrysost: hom: 24. in Act: Apost: Magna pe-
nitentiæ remedia sunt, nullus seipsum condemnet.
ille revera desperatione dignus, qui de se ipso despe-
rat... Nullum anime vultus insanabile, S. Aug:.
Deum nemo amittit, nisi qui sponte dimittit. Me-
dia sunt: Magna, sed humilis, in Deum fiducia, in
in B. Virginem, in S. Angelum Custodem, Considera-
tio Divinæ misericordiæ, & variarum conversionū,
Oratio, pœnitentiæ, & directio viri spiritualis
& profecto, ut habetur Deut: 30. Si ad cardines cœ-
li fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus
tuus, & assumet, atque introducet in terram,
quam possederunt patres tui, & obtinebis eam;
quod optime intelligi potest de pietate Divina pec-
catorem, quantumvis dissipatum & a via recta er-
rantem reducente, amplexante, & super bona sua
constituente & ita ut ubi abundavit delictū
superabundet & gratia, ex Apostolo ad Rom: 5. v. 20.

Titulus XXXVIII. 9

Detractio 9

Est aliene famæ injusta denigratio, quæ va- ^{Detractio.}
riis committi solet modis loquendo, vel audiendo ^{& Divisio.}
quæ fit loquendo, sequentijs indicatur versibus
tam directam, quam indirectam Detractionem cō-
plectentibus:

Directa { *Si falsa imponis cui crimina, vera vel arges:
 Debegis occultum: censes benefacta sinistre:
 Directe fratris dicèris ledere famam* }
Indirecta { *Si bona forte neges: sileas ea, dicere quando
 Deberes: minuas mekitum: aut laudes vitiosè;
 His indirecte sociorum fama fugatur ~* }

& quæ audiendo committitur in his explicatur car-
 minibus:

Audiendo: { *Si faciles famam ledenti parrigis aures;
 Aut placet infamans, aut ipsemet allcis illum;
 Audito efficitur detractio pessima solo ~* }

Jam texhis audiamus S. Scripturæ & Patrum

ex Patra
Scripturæ. *Ecc: 19. Audisti verbum adversus proximum tuum?
 commoratur in te fidens quoniam non te dirumpet.)*
*Ps: 100. Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequer-
 bar. Ecc: 10. Remove à te os pravum, & labia detra-
 hentia sint procul à te, Prov: 4. Non maledices surdo,
 nec coram caeco pones offendiculum, sed timebis Dñum
 Deum tuum, Levit: 19. In cogitatione tua Regi ne de-
 trahas, & in cubiculo secreti tui ne maledixeris diviti,
 quia & aves celi portabunt vocem tuam, & qui ha-
 bet pennas annunciabit sententiam, 1. Cor: 12. Timeo
 ne forte contentiones -- & Detractiones sint inter vos,
 Ecc: 28. Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli
 audire: & ori tuo facito cotia, & seras auribus tuis.)*
*Rom: 1. Detractores Deo odibiles, Prov: 24. Aòominatio
 hominum detractor. Ecc: 10. si mordeat serpens in silen-
 tio, nihil minus habet, qui occulte detrahit, Ps: 13. Ve-
 num aspidum sub labiis eorum, Prov: 24. Cum de-
 tractoribus ne commiscearis, quoniam repente consur-
 get*

get perditio eorum, Gal: 5. Si invicem mordehis, & ^{125.}
comedehis; videte ne ab invicem consumamini, Ps: 56.
Dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gla-
dius acutus, Ps: 139. Acuerunt linguam suam sicut
serpentis, Matth: 23. Serpentes, gemina viperarum,
quo modo fugietis a iudicio gehennæ?

S. Paulinus ad Celant: Pauci admodum sunt, qui huic vi- ^{ex Patribus.}
tio renuntiant: tantaque mali huius libido mentes homi-
num invasit, ut etiam qui procul ab aliis vitiis recesserunt,
in istud tamen, quasi in extremum, laqueum in-
cidant. Guil: Peratibus apud Grex: in Phaet: c. 17. Os de-
tractoris acuminatum est diaboli, quod non lustralem
& sacram, sed sordidissimam detractionis aquam con-
tinet, S. Hier: apud eund: ibid: Si vultu hilari audis
defractentem, tu illi das fomitem detrahendi; ille ignem
excubit, tu substernis igniarium, S. Chrysost: ho: 3. de
Prophet: obscur: Scortator libidinem explet, fur pauper-
tatem, homicida iracundiam sedat, maledicus nullam
potest excusationem asserre, ... nil aliud est quam invi-
diæ materia, cui nulli suppetit iusta causa, nec iniusta;
propterea nulla venia digna censetur, S. Isid: de sum: bo:
Non solum ille reus est, qui falsum de alio profert, sed
& is, qui citò aurem criminis præbet, Dion: Cartus: in
Ep: Jac Ap: Cum per detractionem unus auferat alteri
bonum nomen, faciatque eum aliis contemptibilem, ideo
magis peccat, quàm fur, qui exteriorem tollit substan-
tiam, quia bona fama est præstantior, S. Chrysost: ho: 1:
hom: 3. ad pop: Nulla nobis asperæ vitæ huius utili-
tas proderit, etsi cinerem comedamus, nisi a detractio-
ne

ne absteineamus: non enim quæ intrant per os coinquinant hominem, sed quæ exeunt ex ore.

Exempla. Magnus quidam Religiosorum aliorumque detractor, mortuus cum esset, post multos annos aperto sepulchro, totum corpus computruisse reperit, præter linguam, quam tam pestilentem vermes rodere horruerunt. Discipul:
Ser. 21. Dom. 4. post Pent. 3

Thomas Morus Angliæ Cancellarius, cum alios falcem in alienam famam mittere adverteret, mox sermonem alio convertere conatus dixit: Quivis quod volet sentiat, ego aio, hanc domum bene structam esse, & bonum fuisse magistrum, qui eam extruxit. Grez: in Phœ: 16.

S. Thomas de Villanova, cum aulicorum quondam audiret murmurationem in antecamera Caroli V. intrepide sic eos affatus est: Vos Principes obsecro ut alia confabulari velitis, aut per vos hinc mihi liceat abire. Rho var: hist: 1. 4. qui simile quid refert in exp: 173. de P. Franc: Suario quondam in magno astanti convivio Ulysippone 3

Domitianus detractores vrbe expulit dicens: Obsecratores & calumniatores, qui non castigat, irritat. Symps in Spec: mag: p. 1. sig: 47. 3

Similia.

Detractorem jure comparat Stapletonus (H: 2. in Dom: 3. post Pent.) porcis immundi, qui in horto ingressi non ad flores, sed ad lutum & stercores se convertunt; Ranis, quæ de die & palam tacent, noctu & occulte coaxant; Scarabæo, qui nullum bonum odorem sustinet, sed stercore semper delectatur & pascitur. Sicut Ericius Martinus aculeis plenus cunctis piscibus timori est, sic hominibus detractor, qui & ille lupus, adeo avidus est, ut ne mortuis quidem parcat, cuius lingua venenata sagitta

gitta similis, prope incurabile vulnus infligit. &c. 127.

Motiva huius vitii detestandi (præter Dei & Chris- Motiva.
ti licet omnium famæ Dñi exemplum, quod merito pro-
ponit Mansi. disc. 4.) sint ejus turpibudo, damna, pe-
ricula, gravitas, incurabilitas, ineptia, & inutili-
tas = Media ejusdem præcavendi sunt: dilectio pro- Media.
ximi, Humilitas, qua quis sua nos aliena inspicit
vitia, Detractorum fuga, diversio sermonis, huma-
norum respectuum contemptus &c. Quis enim habi-
tabit in tabernaculo Dñi, quærit David Ps. 14. & res-
pondet: qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit
proximo suo malum (ut Detractor) & opprobrium non acce-
pit (ut auditor detractoris) ad versus proximos suos. De de-
tractione merito cecinit Quidam:

Detrahis? Auditor cadit, hostis, & Euctor:

Quod caput est, si vox tres simul una nevat.

& Horatius ipse sic de Detractore habet 1. Sat. 4.

Absentem qui tollit amicum,

Qui non defendit alio culpante, solutus.

Qui captat risus hominum, famamque dicacis.

Fingere qui non visa potest, commissa tacere

Qui nequit: hic niger est, hunc tu Romane cavebo.

& teste Marchantio fert commune proverbium: Ma-
rinum pessimus qui lingua rodit, ut Detractor qui
sicut mors fateri potest: Memini parco; dum enim
vel forte laudat, illico subiungit unum Nisi, contra
quod sequens manavit dissihon:

Si Nisi non esset, quam felix quilibet esset;

sunt pauci visi, qui carnere Nisi.

Vide Bussæum, Drexel: Marchant: Fabrum in o- Auctores.
pere trip. jac: Alvarez, Langium, Ant: Daurollin,
Jos: Mansi in Bibl: mor: tract: 21. &c. Tit.

Titulus XXXIX.

Deus

Significatio.

Deus, qui à Theologis definitur Ens a se, est Substantia spiritualis, omnes perfectiones simpliciter simplices (idest tales, quas melius est habere, quam non habere) continens, Unus est & Trinus, ut explicatur in symbolo s. Athanasii. Dei existentiam, perfectiones, & attributa attingunt quæ sequuntur.

ex Sacra
Scriptura

Exod: 3. Dixit Dominus ad Moysen: Ego sum, qui sum. Deut: 32. Videte, quod ego sim solus, & non sit alius Deus praeter me, Ps: 19. Magnus Dominus & laudabilis nimis: & magnificentia eius non est finis. Job: 9. Deus, cuius ira nemo potest resistere, & sub quo curvantur qui portant orbem. Eccl: 11. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt, Hebr: 4. Non est illa creatura invisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt in oculis eius. Jer: 17. Pravum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscat illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes. Dan: 9. Iustus Dominus Deus noster in omnibus operibus. Jer: 23. Numquid non caelum & terram ego impleo, Dicit Dominus. Ps: 136. Quo à facie tua fugiam? si ascendero in caelum, tu illic es: si descendero in infernum, ades &c. Act: 17. In ipso enim vivimus, & movemur, & sumus, Malach: 3. Ego Dominus, & non mutabor. Jac: 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Isa: 40. Deus sempiternus Dominus. Ps: 89. à saeculo usque in saeculum tu es Deus, Ps: 101. & anni tui non deficient. 1. Joan: 4. In hoc apparuit Charitas Dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum misi in mundum, ut vivamus

vamus per eum, 9

S. Aug: sup: orat: Dñic: Deus est in semetipso; in mundo, ex Patribus.
 sicut rector & auctor; in Angelis sapor & decor; in Ecclesia,
 sicut Pater familias in domo; in anima, sicut sponsus in thala-
 mo; in iustis, sicut adiutor & protector; in reprobis, sicut pavor
 & horror. S. Cypr: in S. Quod idola non sunt Dii: Unus omnium
 Deus: neque enim illa sublimitas potest habere consortem, cum
 sola teneat omnem potestatem. S. Aug: l. 6. de Trin: in Summa
 Trinitate tantum est una, quantum tres simul sunt... & sin-
 gula sunt in singulis, & etiam omnia in singulis, & singula in
 omnibus, & omnia in omnibus, & unum omnia. S. Bern: s. 1. in
 parv: inquirere de Trinitate, perversa curiositas est: & credere
 ac tenere sicut S. Ecclesia tenet, fides atque securitas est. S.
 Greg: l. 20. Mor: c. 25. Omne quod de Deo dicitur, eo ipso indignū
 est, quod dici potuit: ejus enim laudi non sufficit obstupescens
 conscientia, quomodo ergo sufficiet loquens lingua. S. Ansel:
 Quid vagaris, o homuncio, per multa, quarens bona corporis
 & animæ? quare unum bonum, in quo est omne bonum & sufficit.
 S. Greg: l. 27. mor: c. 2. Judicia Dei quanta obscuritate neque-
 unt conspici, tanta humilitate debent venerari. Idem hb: 17.
 sup: l. zech: Deus manet intra omnia, ipse extra omnia; ipse
 super omnia, ipse infra omnia. Superior est per potentiam,
 inferior per sustentationem, exterior per magnitudinem, inte-
 rior per subtilitatem; sursum regens, deorsum continens,
 extra circumdans, interius penetrans. S. Aug: ep: 30. Deus
 totus oculus est, quia omnia videt; totus manus est, quia
 omnia operatur; totus pes est, quia ubique est. Kemp: l. 3. ca.
 Quidquid Deus non est, nihil est, & pro nihilo computari de-
 bet. & c. 21. Dñe, non est similis tui in cunctis mirabilibus cæ-
 li & terræ. sunt opera tua bona valde, iudicia tua vera, & pro-
 videntia tua reguntur universa. S. Jy.

Exempla.

S. Thiburtius fidenter in prunis ambulans, disce ex hoc dicebat Tyranno, solum esse Deum, quem Christiani colunt: prunæ enim mihi flores videntur. *Brev. Rom. & Aug.*
 Thales olim, quia Deus esset, interrogatus, respondit, id quod principio & fine caret. *Loet. in vit.*

Similia.

Hic etiam excogitatae sunt similitudines, ut in materia licet inscrutabili, quæ scienda nobis sunt, magis ad capium valeant explicari. Deum Unum & Trinum nobis sub modo repræsentat Sol, qui etsi unicus, substantiam, radium, & lumen tria complectitur; Una aqua in fonte rivo, & fluvio reperitur, tres facies simul junctæ unicam referunt flammam; Una rationalis anima tribus consistitur potentiis; & in sole eodem tres qualitates candor, splendor & calor reperiuntur. &c.

Motiva.

Motiva ad Deum & colendum & amandum sunt: quia Creator noster est, Conservator, Gubernator, Rex, Dominus, Premiator, Glorificator, & quia ad ipsius imaginem creati sumus & similitudinem = Media vero omnia stant, in ejus Mandatorum exacta observatione, ac gloria ejus zelo ardenti.

Media.

Per Jeremiam 2. sic peccatorum conqueritur Deus ipse: *Ne dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas, quæ continere non valent aquas, cum ex Marc. 10. Nemo bonus, nisi unus Deus, & Aristoteles ipse l. de Mundo c. 6. dixit: Quod in navi gubernator, quod in curru Agitator, quod in choro præcentor, quod denique lex in civitate, & Rex in exercitu, hoc Deus est in mundo; & Epicteus Philosophus: mirum hoc prohilis dictum: Si omnino Eum declararem, vel ego Deus essem, vel ille Deus non foret.*

+ Auctores

Videndi

Leonard. Lessius de Div. perfect.: Justinus Michoviensis in Litanias Lauræan: Disc. 76. Rob. Bellarminus de Ascens. mentis in Deum; & Joan. Nadasii in anno Hebdom. Cal. p. 3.

Tit.

Titulus XL.
Dei Misericordia

131.

Dicitur à Theologis communiter: *Actus voluntatis, quo Deus ex infinita sua bonitate miseras suarum creaturarum sublevare conatur.* *Dividitur a S. Bonav. in Pf. 93. in Prævenientem, quia Deus nos ad bonum exultat; Prosequentem, quia cooperatur. & subsequentem, quia perseverare usque in finem concedit: de tribus locutus est Psalmista; variis in locis; de 1^a Pf. 20. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis; & experitis est 3^a cum diceret: Misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vite meae & Deus promittit 2^m dicens: Misericordia mea non recedat.*

Pf. 144. Misericors & misericors Dñs, pater, & multum misericors: suavis Dñs universis, & misericordia ejus super omnia opera ejus. Isa: 30. Expectat Dñs ut misereatur vestri, & ideo exaltabitur parcens vobis, Sap: 11. Miserearis omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter penitentiam, &c. 12. O quam bonus & suavis est Dñs spiritus tuus in omnibus! Pf: 102. Quomodo misereatur pater filiorum, misertus est Dñs timentibus se, & Pf: 118. Misericordiã tuã Dñe plena est terra, & Pf: 24. Universe via Dñi misericordia & veritas, Thren: 3. Misericordiã Dñi, quia non sumus consumpti, quia nõ defecerunt miserationes ejus.

S. Cyrillus Hieros. Etiam si omnes omnium hominum linguæ simul coacerentur, ne sic quidem partem aliquam benignitatis Dei enarrare possent, S. Laur: just: de humilit: c. 4. Audeo dicere, quod Divina clementia prior sit ad ignoscendum, quàm ad puniendum: nempe naturale & proprium Dei, sa-

cro

132- cro testante eloquio, est misereri semper & parcere. S. Bo-
navent: in 2. 119. Nota, quod misericordia legitur in scrip-
tura Magna, speciosa, benigna; quare magna? quia li-
berat a magna miseria, culpæ originalis. Quare speciosa?
quia præservat à fæda miseria culpæ actualis. Quare be-
nigna? quia separat a maligna miseria molestiæ temporalis,
& Jer: 3. in Dom: 6. post Pent: Si cognosceret homo, quàm mul-
tiplex sit super eum misericordia. S. Pet: Jam: ser: de S. Martino:
Sunt homines mundi faciles ad iram, difficiles ad misericordiã,
Deus autem, & ad iracundiam difficilis, & facilis ad miserandum.
S. Aug: in 2. 19. Non sic est Deus misericors, ut injustus sit; nec
sic justus est, ut misericors non sit. Parva ne misericordia tibi
est? non imputabit priora omnia; male vixisti usque in ho-
diernum diem? adhuc vivis, bene vive hodie. S. Chrysostom:
S. 1. de 2. prod: Pater viso filio, cooperit max reatum; dissi-
mulat judicem, qui magis vult implere genitorem; & senten-
tiam cito mutat in veniam, qui redire cupit filium, non pe-
rire. S. Aug: serm: 6. ad Frat: O! grandis misericordia! in-
finita! tu sola potuisti trahere Deum de caelo ad terram,
& nos de exilio ad regnum erigere. S. Leo ser: 32. de Quadr:
Abutuntur quidam patientiã Dei, & qui non sunt in consci-
entia liberi, fiunt de longa impunitatē securi; cum ideo dif-
feratur ultio, ut tempus possit habere correctio. Dion: Carthus:
in c. 5. ead: Penam differt, non aufert; sed quos diutius tole-
rat, hos induratos slio tempore acrius punit, & terribilius
condemnat: de quo ait Psalm: Deus iudex justus, fortis & pa-
tiens. Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit, & ex loco
cit: Sap: 11. Deus utique dissimulat, sed propter penitentiam.
S. Aug: in 2. 43. Nemo sibi multum de misericordia Dei
blandiatur, quia virga directionis est... interim quamdiu

ille difert, tu noli differre. ~

Juvenis quidam incestum cum sorore commiserat. momen- Exempla.
 tem idcirco fratrem occiderat, se corripientem Patrem pere-
 merat: o series horrenda delictorum! Sed ubi pro concione
 audivit illud Ezech: 18. in quacumque hora, &c. confessus est
 tanto cum dolore, ut paulo post mortuus ibidem jacuerit an-
 te Altare S. Virginis. fuit que Confessario revelatum, animam
 illius adhuc calescente corpore, in calum fuisse deductam: O
 Dei Misericordia! *Incipit: in Prompt: lit M. exemplo 21. ~*

S. Mechtildi Dñs dixit: Nullus est adeo magnus pecca-
 tor, cui, si vere penituerit, non illico omnia sua peccata ple-
 ne dimittam; & cor meum tanta clementia atque dulcedine
 supra ipsum reclinem, ac si nunquam peccasset. *Mat: Mon: c. 1.*

Quam bene Paulus 1-Cor: 1. exclamat: *Benedictus Deus* Medita.
Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis &c.
 nam etsi justus & misericors Dñs, videtur quasi pertran-
 sennat & ad momentum, uti justitia, quiescere vero in mise-
 ricordia, juxta Isa: 41. *Predicite annum placabilem Dño,*
& diem ultionis Deo nostro, &c. 54. in momento indigna-
tionis abscondi faciem meam a te (dicit Dñs) & in miseri-
cordiis sempiternis congregabo te. Ne tamen abutemur
Ecl: c. 8. habetur: Ne dicas: Misericordia Dñi magna est, mul-
titudinis peccatorum meorum miserebitur: misericordia
enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores respi-
cit ira illius. unde S. Aug: in Ps: 144. dixit: & spes,
& desperatio timenda est in peccatis, nē, ut ait Ecl: c. 8.
Quia non citò proferitur sententiā contra malos, absque
ullo timore filii hominum perpetrant mala, & job: 24.
Sedit eis Deus locum penitentiae, & ipse abutitur eo in
superbia. ~

Tit:

Titulus XLI.

Dei Præsentia

Definitio. *Est*, quæ Deus omni omnino in loco est per essentiam
 præsentiam, & potentiam, ut fides Catholica docet.

ex S. Scriptura. *Job: 34. Oculi ejus super vias hominum, & omnes
 gressus eorum considerat; non sunt tenebræ, & non
 est umbra mortis, ut abscondantur ibi, qui operantur iniqui-
 tatem.* *Ecl: 25. Omnis homo qui transgreditur. --- dicens:
 Quis me videt? tenebræ circumdant me, & parietes coope-
 riunt me, & nemo circumspicit me, quem vereor? Delic-
 torum meorum non ^{memorabitur} ~~recedit~~ Abitur Altissimus. & non intel-
 ligit, quoniam omnia videt oculis illius.* *Job: 17. Obser-
 vasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum
 considerasti.* *P: 15. Providebam Dñum in conspectu
 meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear.*
*Prov: 16. Omnes viæ hominis patent oculis ejus: spiri-
 tum ponderator est Dñus.* *Ecl: 14. Beatus vir, qui
 in sensu cogitabit circumspicionem Dñi.* *Gen: 4. a fa-
 cie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra.*
*Deut: 31. Verè quia non est Deus mecum (idest in memo-
 ria mea) invenerunt me mala hæc.* *P: Dixit insipiens
 in corde suo: non est Deus. Corrupti sunt, & abomina-
 biles facti sunt in stidiis suis.*

ex Patribus. *S. Aug: ser: 46. de verb: Dñi. Ipse timendus est in publi-
 co, ipse in secreto; procedis, videris; lucerna ardet? vi-
 det te; in cubile intras? videt te. in corde versaris? vi-
 det te. Si peccare vis, quære ubi te non videat, & fac
 quod vis.* *S. Greg: Lux æterna, quæ Deus est, quanto
 immutabiliter fulget, tanto penetrabiliter videt.*

S. Leo ser: 1: de Quadr: Oculos Dei, simul universa cer-¹³⁸
nentis, non abdita locorum, non parietum septa secludunt,
nec solum ei acta & cogitata, verum & agenda & cogi-
tanda sunt cognita. -- cui obscura clarent, muta respon-
dent, silentium confitehur, & sine voce mens loquitur. S.
Ambr: in Ps: 118. Hominem vereris presentem, Dei non
vereris presentiam; sed non vis credere, ne possis cavere;
non vis audire, cum legitur, quia Deus novit occulta homi-
num, ne incipias scire quod timeas, & timere, ne pecces, S. Cy-
prian: ep: ad Tibur: Præstantes nos, & fidei congressione pu-
gnantes spectat Deus, spectant Angeli, spectat & Christus; quã-
ta est gloria dignitas, quanta felicitas, presente Deo congre-
di, & Christo iudice coronari; S. Aug: soliloq: Dñe, ubicum-
que fuero, non recedis, quoniam ubique es, ut, quocumque
iero, inveniam te; S. Basil: orat: 2. de prec: Tunc demum
homines ad scelera edenda descenderunt, cum aut Deum
non inspicere, aut illi curæ non esse ea, quæ hic geruntur,
anhimant; D

Hujus Divina presentie memoria. Castum Joseph à Exempla.
parando scelere cohibuit. Gen: Susannam que ad a-
dulterium invitata sic respuere fecit se tentantes: Melius
est mihi incidere absque opere in manus vestras, quam pec-
care in conspectu Dñi. Dan: 13.

S. Paphnutius impudicam illam meretricem Alexandriam
volens reducere, ficto prætextu, ac si cum illa peccare vellet,
induci se petiit in remotam ac secretissimam domus came-
ram ubi a nullo videri posset; ipsa (cui nomen Thais) tu-
tum ab alieno conspectu monstravit locum, & pro secrethore
adhuc instanti S. Virg, respondit, si locum quaeris tibi & a-
divinis te subducas oculis, profecto nullibi invenes. c. ii

136. tunc Paphnutius: si Deum ubique presentem credis, quæ fronte peccare auides alicubi? sit quæ illam ad vitam sinceram emendationem induxit. Mansi dicitur. n. 1. Ser: 84. Sic: 4. n. 5. & hoc mirabile pronunciauit Seneca dictum Ep: 41. ad Lucillum Prope Deus est, tecum est, intus est, ita dico, Lucili, sacer intra nos spiritus sedet, bonorum, malorumque nostrorum observator.

Similia. Sicut ad fenestras collocantur transennæ, per quas, qui ab intra prospiciunt vident, quin videantur; sic Deus nos inhietur per cancellos (cant: 2. v. 9) quin ipsum videamus. & ut habetur Ps: 138. Dñe... tenebræ non obscurabuntur a te, & nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebræ ejus ita & lumen ejus.

Auctores. Videndi Franc^{us} Arias de presentia Dei, Alphons: Rodrig: p. 1. tr: 6. Philip: D. D. Breman Sædag: p. 1. c. 8. Henr: Engela: Dom: Pent: 5. 2. Didacus Nysenus in vita Abraham l. 7. c. 6. Pbt: Pennequin in Isagoge p. 2. c. 22. & Dissertat. 6. §. 15.

Titulus XLII.

Dei Providentia.

Definitio. Describitur à Boetio L. 4. Prosa 6. per hæc verba: Providentia est divina ratio in summo omnium Principe constituta, quæ cuncta sapienter disponit, nimirum in suos fines, & S. Th: 1. p. q. 22. a. 1. Providentia, inquit, est ratio ordinis & rerum in finem, in Deo existens; quæ circa res mere naturales exercebitur, Naturalis vocatur, quæ circa res spirituales personasque meriti & demeriti capaces, Moralis dicitur.

Achtis. Duo præcipui Divinæ providentiæ actus, sunt Creatio, & Gubernatio, sed & hæc permixti sunt actus seu functiones, nimirum: Conservatio, Cooperatio, Prædefinitio, permissio, impeditio plurimum malorum, motio calorum, illuminatio naturæ rationalis, redemptio hominum, justificatio,

remuneratio, puniitio, de quibus vide Lessium de Perf: div. 137.

L. II. à c. 1.

Ps: 103. Quam magnificata sunt opera tua, Dñe: omnia in sapientia fecisti, omnia a te expectant, ut des illis escam.)

ex S. Scriptura.

Sap: 8. Attingit a fine usque ad finem forfiter, & disponit omnia suaviter, 1. Pet: 5. Omnem sollicitudinem vestram, pro-

icientes in eum, quia ipsi est cura de vobis, Ps: 54. iacta super Dñum curam tuam, & ipse te erubriet, iudith. 9.

Omnes viae tuae paratae sunt, & tua iudicia in tua providentia posuisti, Job: 12. Interroga iumenta, & docebunt te

& volatilia caeli, & indicabunt tibi, & narrabunt pisces maris, Matth: 6. Considerate lilia agri, quomodo crescunt, neque

neque laborant, & c. 10. Nonne duo passeret assè videntur, & unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro,

Sap: 14. Tria autem, Pater, providentia gubernat: quoniam dedisti & in mari viam, & inter fluctus semitam fir-

missimam.)

S. Greg: Naz: Orat: 1. apo: Omnia facit Deus, atque immutat. & veluti per circulum univèrsam hunc mundum gubernat.

ex Patribus.

S. Aug: in Ps: 61. Pascet te, qui fecit te; pascet te, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos: si pascit damnandos, non pascet liberandos.)

Auctor op: imperf: Deus est, qui per singulos dies incrementa corporis tui facit, te non intelligente; si ergo in te ipso

quotidie Dei providentia operatur quomodo in necessariis tuis cessabit? S. Aug: ser: 6. de Verb: Dñi. Capilli nostri numerati sunt Deo, quanto magis mores nostri? videte, quia

nec minima nostra contemnit Deus, S. Cypr: 8. Quod idola & mundi unus est Rector, qui univèrsa quae sunt, verbo iubet,

ratione dispensat, virtute consummat, S. Aug: in sent: Nihil

fit

138. fit visibiliter, & sensibiliter, quod non de invisibili, & intelligibili summi Imperatoris aulla, aut præcipiatur, aut permittatur secundum ineffabilem justitiam; S. Greg: l. i. mor: c. 19. Sic Deus intendit singulis, ac si vacet à cunctis; & sic omnibus simul intendit, ac si vacet à singulis. Salvian: cont: gent: Quis tam furiosus, ut cum Dñum creatorem omnium non neget, gubernatorem neget; & cum Auctorem esse fateatur, dicat, negligere quæ fecit? Clem: Alex: in Pædag: l. 3. c. 8. Deus autem hominis curam gerit, & de eo sollicitus est.

exempla. Cælestis Sponsus S. Catharinæ Sen: dixisse legitur: Cogitabam de me, quia ego cogitabo, & sollicitus ero pro te. Mansi disc: 6. Maximilianus II. quando res adversæ animum sollicitabant, conceptum a se symbolum, proferebat: Deus providebit. Drex: l. 4. Helio: c. 6.

P. Bernardinus Realinus cum Lupiense Collegium regeret, sæpe monitus hora prandii vel cœnæ, nil esse domi, quod mensæ apponeretur, subridens ipse & blande trepidationem momentis castigans, jubebat signum hora consueta fieri, fidentis divinæ providentiæ, nunquam falsus, cum suo tempore semper quod sufficeret ad refectionem ab extra submitteretur. Jo: Rho l. 2. c. 3. n. 16.

Motiva. Motiva ergo se ex toto committendi Dei Providentiæ, sunt experientia ex tot casibus, & in omni creaturarum genere comprobata & aperta; deinde ipsa Dei sapientia, & erga nos bonitas. ita ut dicitur, Job. c. 5. Nihil in terra sine causa fiat, & Omnia in mensura & numero, & pondere disposuit Deus, qui aperiens manum suam implet omne animal benedictione, dans illis escam in tempore opportuno, ut Psalmista loquitur. quare: nihil solliciti silis, monet Apost: Phil: 4. & idem David, Ps: Nolite con-

confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus 139.
non est salus, sed in solo Deo, qui cœlestia simul & terre-
na moderatur, ut clamat Ecclesia, qui que, ut Pater nos-
ter, scit quibus indigemus: Math: 6. & dat omnibus afflu-
enter.

Titulus XLIII.

Dilectio Inimicorum

Ex Math: 5. v. 44. est actus charitatis, quo inimicus pro- Definitio
pter Deum diligitur. Eius actus reducuntur ex 8. litteris Actus
reducuntur ad hæc: Pro inimicis orare, de eis bene loqui,
eos salutare, eis benefacere, multum dare petentibus, ac
gratis dare. Luc: 6. Rom: 12. 12.

Rom: 12. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, po- ex 8. Scriptura.
tum da illi: hæc enim faciens, carbones ignis congeres super
caput ejus: noli vinci a malo, sed vince in bono malum,
Eccl: 32. Si occurreris bovi inimici tui, aut asino erranti,
reduc ad eum. Si videris asinum odientis te iacentem sub o-
nere, non pertransibis, sed sublevabis cum ipso, Levit: 19.
Non quaras ultionem, nec memor eris injuriæ civium
tuorum, Eccl: 10. Omnis injuriæ proximi ne memineris,
& nihil agas in operibus injuriæ, Prov: 12. Fatus statim
indicat iram suam; qui autem dissimulat injuriam, cal-
lidus est, Math: 5. Prius reconciliare fratri tuo, & tunc
veniens offeres munus tuum, 1. Joan: 2. Qui dicit se in luce
manere, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc,
Eccl: 28. Memento novissimorum, & desine inimicari...
sui vindicari vult, à Dño inveniet vindictam & peccata
illius servans servabit.

8. Chrysost: de Compunct: in illa verba Orat: Dñice: dimitte, ex Patribus.
nobis &c sic habet: Si tanhimmōdo non lædas eum, qui
te læsit, avertas te tamen ab eo, manet sine dubio vulnus in

140 in pectore. Numquid tu ita vis propitium tibi Deum
fieri, ut non quidem laedat, a veritate tamen se a te? Cajet.
in c. 19. Levit: Non vult simulatam remissionem, sed ex in-
timo corde, qui cordium scrutator & iudex est Deus, unde
ait S. Aug: Melius est, ut clames ore, & dimittas in corde qua-
sis blandus ore, & crudelis in corde, & Dion: Cart: in eisd:
locum: dimittendum est, inquit, cordialiter diligendo inju-
riantem, & culpam penitus dimittendo, ita ut nihil ama-
ritudinis, irae, vel impatientiae inhaereat animae vestrae
S. Chrysost: hom: 48. 49. in Acta. Propterea nos animo &
ira armavit Deus, non ut ense in nostra corpora (sen pro-
ximos nros) adjiciamus, sed ut totum gladium in diabolo
pectore immergamus. S. Bern: ser: 56. in Cant: Tibi nocet,
si non diligis inimicum, S. Aug: Non potest concordiam
habere cum Christo, qui discors voluerit esse cum Christia-
no. S. Chrysost: to: 1. ho: 22. Quemadmodum furiosi nunqu-
am fruuntur tranquillitate, ita qui inimicum habet perpe-
tuo aestuans tempestatem cogitationem in dies aggravat,
& in serm: Quantum vis dimitti tibi, tantum dimittite, imo
homo intellige, quod remittendo aliis, veniam tibi tu ipse
dedisti. S. Aug: ho: 42. c. 7. Si in domibus vestris scorpiones
essent, aut aspides, quantum laboraretis, ut domos vestras
purgaretis? In veterantur ira in cordibus vestris sunt quot
odia tot scorpia, serpentes, & domum Dei cor vestrum pur-
gare non vultis. S. Chrysost: to: 3. hom: 28. Accepisti in-
juriam, & eum qui inilit, ulcisci cupis? Beneficis eum
affice, & ultus es. S. Bern: ser: 51. Triplex offensa genus po-
test homini irrogari, cordis, oris, & operis: Vis de omnibus
his honestissimam sumere vindictam? Vis quod nihil relin-
quatur

quod inultum? ignosce liberaliter corde, ore, & opere. ^{44.}
Et ipse Seneca de 4. virtutibus dixit: Scio magnum vindictæ
esse genus, ignoscere. ⁹

David, cum a semet maledice retur, cohibens Abisai à ^{Example.}
vindicta dixit: Dimitte eum, ut maledicat: Dominus enim
præcepit ei, ut malediceret David: & quis est, qui audeat
dicere, quare sic fecerit? 2. Reg. 16. ⁹

S. Apollonius, cum à Philemone Chæraula multis iniuriis la-
cessitus nil aliud responderet, quam: misereatur tibi Deus, fili
mi, & nil horum, quæ locutus es in peccatum reputet: effecit, ut
Philemon conversus Martyrium cum ipso obierit. ^{Vit. 27. p. 200}

Vilnoe S. Petrus Scarga, cum in platea iret, famulus qui-
dam Calvinista equo in eum invehit, ingentem ei claptum
infixit, cum quæ ob hanc culpam in ius vocatus sententiam
capitis, aut manus certè amittendæ in dies expectaret, S.
Scarga pro eo tandem rogavit, donec sine omni pena di-
missus est. ^{in Manuscripto. 9}

Carolus V. Rom. Imp: homini sibi necem paranti ad se
vocato tribuni iussit ex ære proprio mille aureos, quibus
nobilem filiam nupti collocaret. ^{Æneas Sylvius de reb. Alphon:}

Pericles convitiatorem suum toto die sustinens, nocti dis-
cedentem cum lumine domum comitatus est. ^{Plat. de offic. 2. lig. 1. 9. 634.}

Accedant stativa, pro dilectore inimicorum: 1. quia sic ^{Motiva.}
Christus & sibi suo exemplo nos docuerunt, 2. quia id condu-
cit ad diabolum vincendum, Deum conciliandum, propria-
que augendam famam & gloriam, immo & inimicum ipsi
conciliando. 3. quia hoc & ipsa nos docent bruta, quæ &
a nobis percussa, imo accuratius deserviunt; nec non &
inanimata, ut terra, planta, arbores, quæ fossæ, &
patata, ferro incisæ abundantiores reddunt fructus.
Sint in mediâ, & prædicatorum consideratio, & quod pro- ^{Mediâ}
ximi

142. ximi nostri commembra Christi, & ab ipso æque ac nos redempti sunt. ~

Conclusio. Huc etiam facit illa parabola, Matth. 28. ubi Dominus sic servum redarguit: Nonne & te oportuit misereri conserui tui, sicut ego tui miserus sum, & isthoc Seneca consiliium L. 1. de ira c. 24. irascitur aliquis? tu contra beneficiis provoca, cadit statim simultas ab altera parte deserta, nisi par, non pugnat. Atque per dilectionem inimicorum verificatur illud isa. 11. Habitabit lupus cum agno, pardus cum hædo accubabit: vitulus, & leo, & ovis simul morabuntur &c.

Auctores. Legendi Hier. Drexelius in Zodiaco, Rob. Bellarm: de 7. Verbis Dñi, Claudius Viexmontius de Penit: p. 3. c. 1. & seq: Cassianus coll: 16, Jo: Busseus, Franc. Arias, Henr: Engelgr: & tom 1. hujus Biblioth: Rom: 21. post Pent.

Titulus XLIV.

Dilectio Proximis

Definitio. Est virtus, qua proximus diligitur propter Deum, regula autem hujus dilectionis, est amor quo nos ipsos amamus ex Levit: 19. Diliges proximum tuum sicut teipsum, & amor quo Deus ipse nos diligit: Joan: 13. Diligatis invicem, sicut dilexi vos, ~

ex Scriptis. Malach: 2. Numquid non pater vnus omnium nostrum? numquid non deus vnus creavit nos? quare ergo despicit vnusquisque nostrum fratrem suum? Philip: 2. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum, Ephes: 4. Obsecro vos ego vinculis in Dño, ut digne ambuletis... supportantes invicem

in charitate, 1. Thesal: 4. De charitate fraternitatis nō
 necesse habemus vobis scribere, ipsi enim vos à Deo didi-
 cistis ut diligatis invicem, joan: 3. Vos scimus, quod
 translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligi-
 mus fratres, Eccl: 25. in tribus placitum est spiritui meo
 meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus: Con-
 cordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier sibi
 bene consentientes, Marc: 12. Diligere proximum
 tanquam seipsum, majus est omnibus holocausto ma-
 libus & sacrificiis, ~

Plures textus vide in nro 1. Tomulo Rom: 5: p: pent:
 S. Aug: de laude Charit: in charitate pauper est dives, si-
 ne charitate omnis dives est pauper. Charitas in adversi-
 tatiibus tolerat, in prosperitatibus temperat, in duris pas-
 sionibus fortis est, in bonis operibus hilaris est, in tenta-
 tionibus tutissima, in hospitale latissima, inter bonos
 fratres latissima, inter falsos patientissima, S. Greg:
 Diligamus in proximis, quod sunt, & odio habeamus,
 quod in itinere Dei nobis obsistunt, nam S. Th: c: 5: di-
 cit: sic diligendi sunt homines, ut eorum non diligan-
 tur errores, S. Bern: in l. de dil: Dei: ut perfecta fiat
 justitia in dilectione proximi, Deum in causa habere
 necesse est: alioquin proximum diligere pure non po-
 test, qui Deum non diligit: oportet ergo diligi Deum
 prius, ut in Deo diligatur & proximis, S. Aug: in Spec:
 Erem: Dilectio unguentum est, quod primo effunditur in
 ipsum Caput (idest Christum) & ab hoc descendit in bar-
 bam (hoc est ad Majores) deinde in oram vestimenti (idest
 in Minores), S. Greg: 1: s: mor: Tunc plenius in Dei dilec-
 tione

ex Fabricius.

144 tione proficimus, cum in ejusdem dilectionis gremio
prius proximi charitate lactamur. S. Laur: just. in l. vit.
c. 18. Tale est bonum pacis, quod ex fraterna oritur cha-
ritate, ut in rebus crechis nihil gratiosius soleat audiri,
nihil delectabilius concupisci, & nihil utilius possideri.
S. Chrysost: ho: 2. de job: Hoc in primis habet charitas,
quod cum utilitate sit facillima, atque jucundissima.
S. Greg: in Pastor: Tunc & alta charitas mirabiliter sur-
git, cum ad ima proximorum se misericorditer demittit;
& quae benigne descendit ad infima, valenter recurrit ad
summa. S. Bern: in Cant: Magna crimina, & tarde cre-
denda sunt, cum audiuntur, & citius punienda, cum veraci-
ter agnoscuntur. S. Greg: sup: Mundus esse a vitiis debet,
qui aliena corrigere curat; quae superjectas sordes terge-
re non valent manus, quae lutum tenent. S. Aug: l. 2. de
serm: Raro & magna necessitate objurgationes adhi-
benda sunt, ita tamen, ut in his etiam ipsis non nobis,
sed ut Deo serviamur; instemus. Kemp: l. c. 8. Charitas ha-
benda est ad omnes, sed familiaritas non expedit, & c. 10.
Grave patiens esse in tolerando aliorum defectus, quia
& tu multa habes, quae ab aliis oportet tolerari, & l. 2. c. 7.
Si portari vis, porta & alium.

Exempla Moyses ita proximum dilexit, ut dixerit ad Deum: aut di-
mitte illis hanc noxam, aut dele me de libro vitae. Exod: 32.
& S. Paulus cupiebat esse anathema pro fratribus. 2. Cor. 4. 2.
S. Wenceslaus polissimam divitiarum partem impende-
bat in liberos ethnicorum emendos, quos deinde catholice
instrui curabat. Pet: Sanchez in Regno Dei.
S. Chrysost: suis vobis sic loquebatur: Millies opta-
rem ipse esse caecus, si per hoc liceret vestras animas con-

convertere, adeo ipsa luce mihi est vestra salus iucun-¹⁴⁵
dior. & paulo inferius: Non curo, ut per me salvi sitis,
sed ut salvi sitis quacumque ratione. Homil. in Acta
Andreas Gonzalvus, Paschalis Catalannus, & Alphonsus
Lopius an: 1734. facto naufragio fame pereunt, ne de-
serant turbam naufragorum. Hist. Sac. p. 1. l. 14. n. 124.

Simon de Espalza. Coadjutor petit per B. Virginem a Deo
sibi impetrari, ut in morientis locum substitueretur, illo in
vita retento, se enim Collegio vix aliquid, illum autem lō-
ge plus posse prodesse. ita obtinuit, nam & eger conva-
luit, & ipse intra triduum eodem morbo affectus obiit.

Madaui in An: memor: u. juni.

Moveat nos ad proximi dilectionem Exemplum Christi, An-
gelorum, maxime tutelarium, aliorum que sanctorum;
item mandatum Christi talies in S. litteris inculcatum,
Ejus necessitas, iucunditas, securitas, & utilitas etc. At-
que harum practica consideratio medium erit ad hanc *Medici*
charitatem acquirendam, ut proximos omnes in fratre
habeamus & membra Christi nobiscum, ita ut multo
nobis ea praestemus officia, quae sibi corporis membra ad
invicem praestant, & ut haec inter se mirè concordant, sic
& nos, memores proverbii illius quod habet: Concordiā
res parva crescunt, discordiā maxime dilabuntur, &
gratiisque diligamus non quae nostra sunt, sed quae pro-
ximorum quarentes, etiam nam ex alio axioma. & apud
Buchlerum: Verus amator erit, qui me plus, quam mea
querit.

Videndi Franc. Sabata in Apparatu, Pet. Canisius, Jo: Auctores.
Ausius, Lud: Granat:, Beyrlinck, Jos: Mansi, & c.
Pit:

Titulus XLV.

Discordia

Definitio. Juxta Angelicum Doctorem 2.2. q. 37. a. 1. Est quaedam voluntatum Disgregatio in diversa, quae in nimias disputationes, contentiones, & rixas cum aliis prorumpimus verbo vel etiam opere.

Divisio.

ex 2. scriptura.

1. Cor: 3. Cum sit inter vos zelus & contentio, non carnales estis? Prov: 13. inter superbos semper jurgia sunt, Eccl: 28. Abstine a lite & minus pecca. Matth: 5. Qui tecum vult iudicio contendere, & tunicam tollere, dimitte ei & pallium, 2. Tim: 6. Noli contendere verbis; ad nihilum enim vtile est, nisi ad subversionem audientium, Jer: 46. Fortis impedit in fortem, & ambo pariter conciderunt, Jac: 3. ubi zelus & contentio; & ibi inconstantia, & omne opus primum Gal: 5. Manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio contentiones, emulationes, ira, rixae, dissensiones, sectae &c. Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. vide Ps: 1. Dom: 3. Quod super illud Matth: 12. Omne regnum divisum.

ex Patribus.

Cassiodorus Ep: 22. Decet regalis apicis curam, generalitatis custodire concordiam, quae ad laudem regnantis trahitur, si ab hominibus pax ametur. Quid enim est, quod Principem melius praedicet, quam quietus populus, concors senatus, & tota Respublica morum honestate vestita; & idem monet: Simmopere jurgia fuge: nam contra parem contendere, anceps est; cum superiore furiosum; cum inferiore sordidum; maxime autem contra factuum contentionem inire: nam absentem laedit, qui cum
ebrio

ebrio litigat. S. Greg: or: 10. Quid in nostra doctrina ^{147.}
prostantissimum est? pax, addam etiam utilissimum.

Contra, quid turpissimum & perniciosissimum? volunta-
tum disjunctio. ... Si filii Dei vocantur, qui pacem fa-
ciunt (Matth: 5) procul dubio sunt Satanae filii, qui con-
fundunt. S. Bern: de mo: de: viv: Lingua vixosa veneno
est plena; quae si non fuerit castigata, omnes suos socios
perducat ad scandala. Ser: ad milit: infelix victoria
est, qua superans hominem succumbit vitio.

S. Macarius audiens caelitus, se nondum pervenisse ad ^{Exempla.}
mensuram meriti duarum mulierum in civitate Ale-
xandrina existentium, has interrogavit quibus potis-
simum virtutibus studerent? responderunt ipsae se nil
aliud scire, nisi quod 18. annis in eadem domo habi-
tantes nunquam litigassent. Spec: Exempl: V. discordia. Ex: 5.

Vetula quaedam stipendio a demone accepto; dis-
cordiam inter certos conjugatos seminavit, moxque
a demone audivit: Quod ego 30 annis non potui
tu triduo perfecisti, damna es competente premio: se-
cum que vivam in infernum abripuit. Ibid: Ex: 10.

S. Franc: Xaverius cum Cocchini sodales quosdam qui
Societati Jesu templum concesserant nostris infestiores
esse cognovisset, ipse prostratus claves templi ante eo-
rum posuit pedes, sicque offensos ex toto placavit ani-
mos. Vita l. 4. c. 19.

Sicut macula statim aliena est, ne inhaerescat; ito dis- ^{Similia.}
sentio, ne odium gignat, tollenda est illico; ira namque
durans in corde hoc corrumpit, ut acem diutius in
vase relictum. Vitanda ergo discordiae motiva. ^{Motiva.}
dic-

148. his peti possunt, quod nempe diabolicum, stultissimum,
et nocentissimum sit vitium, aliorumque plurimorum
mater & radix; Media verò: oppositæ virtuti studere,
Medio. silentium servare dum alter contendit, cedere loco, cito
componere, occasiones fugere rixarum &c.

Dicitur Prov: 17. Melior est buccella sicca cum gaudio,
quam domus plena ^{vitiis} iurgio, Melior est Deo, cui
Conclusio. sola pacifica placent hostiæ, Reipublica etiam, & cor-
poris & animæ bonis melior est concordia, ut ex supe-
rioribus eruitur. Contentiosi sunt inter homines, ut zi-
zania inter semina, juxta illud Math: 13. Zizania
autem filii sunt nequam, imitemur multitudinem
illam Act: 4, cujus erat cor unum, & anima una,
na & Plato Floril: p. 2. dixit: Ubi multa rixæ, ibi multa
injurie, &c.

Autores. Legendi Buseus, Drexelius, Langius, Sarrolhius, &c.

Titulus XLVI.

Divitiæ

Legitimo. Sunt bona externa ad usum hominum a Domino
concessa: alia mobilia dicuntur, ut pecunia gem-
Legitimo. ma pecora &c; immobilia alia, ut prædia, ædificia,
& similia.

xx. 5. Scrip-
tura. Ps: 48. Dives cum interierit, non sumet omnia, neque
descendet cum eo gloria ejus, & relinquent alienis di-
vitiæ suas, & sepulchra eorum domus illorum in æter-
num Sophon: 1. Argentum eorum & aurum eorum
non poterit liberare eos de die iræ Dñi, Prov: 25. Ne
erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere, quia
facient sibi pennas quasi aquila, & volabunt in celum.

1. Tim: 6. Divitiis huius sæculi præcipe, non sublime 149.
sapere, neque sapere in incerto divitiarum, sed in Deo
vivo. Barnab: 3. Vbi sunt, qui thesaurizant argentum
& aurum, in quo confidunt homines? ad inferos descen-
derunt, & alii loco eorum surrexerunt. Eccl: 11. si dives
fieris, non eris immunis à delicto, 1. Tim: 6. Qui voluit
divites fieri, incidunt in tentationes, & laqueum diaboli,
& desideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt
homines in interitum & perditionem. ~

S. Greg: in evang: sola divitiæ veræ sunt quæ nos di-
vites virtutibus efficiunt, S. Bern: ser: 4. Aurum & ar-
gentum, & cætera huiusmodi, quantum ad animi bonum
spectat, nec bona sunt nec mala; usus tamen horum
bonus, abusus mala, sollicitudo peior, quæstus turpior,
S. Basil: Ad subsidium vitæ, non ad malorum incita-
mentum opes datæ sunt. S. Aug: ser: 12. de verb: Dñi
Bona vis habere, & tu bonus esse non vis: erubescere.
Quid prodest diviti quod habet, si Deum, qui omnia
dedit, non habet. S. Basil: apud Marchant: Cui mors
ob divitias parcit? à quo morbus ob pecuniam absti-
net? quousque igitur opes erunt animarum laqueus,
moris hamus, peccati esca? S. Chrysolog: Divitiarum
sequela est luxuria, ita intemperantia, furor injustus
arrogantia superba, omnisque irrationabilis motus
Theophylact: in 1. Tim: 6. Dives nil aliud esse videtur,
quàm civitas quædam absque muris in agro sita &
undique insidiantionis exposita: paupertas verò è
contrario securum præsidium est, & expugnatum diffi-
cile. ~

ex Patris.

Luci-

150
Exempla
Diocritus interrogatus, uter esse mallet, Cresus an So-
crates? respondit: vivens, mallet esse Cresus, sed mo-
riens, Socrates. Stobaeus apud Langium

Maximilianus Caesar, etsi non raro ingens pondus pe-
cuniae ad eum deferretur, semper tamen ad Quaeitores
portari iussit, dicens, se regendis hominibus constitutum,
nec auri custodiam sibi demandatam, quo si quis
semel capiatur, mox è rege servum futurum. Langius.

Simile
+
Moliva
Sicut luna non nisi cum plena est, eclipsim pati-
tur; ita hircidi divitiis sunt inanes gratiss, & obscurati
peccatis ~ Sicut aranea succum florum vertit in ve-
nenum; sic Divites opes suas vertunt in perniciem, &
scandalum, in spinas, & aspides quibus ipsimet in-
terimantur, pace, quiete, & a bonis operibus in hac
vita impediuntur, & Dei Regno in alia priventur.

Conclusio
Recte dixit Seneca ep: 14. is maxime divitiis fruatur,
qui minime divitiis indiget, & ep: 16. ad Lucil: Non pauper
est qui minus habet; sed qui minus cupit, Dives est,
& teste Cicero ne 2. offic: Nihil honestius est, magnifi-
centius que, quam pecunias contempere, & Chilon
(apud Langium) interrogatus, quid essent divitiæ? respon-
dit, thesaurus malorum, calamitatis viaticum, impro-
bitatis suppeditatio. Epycurus scribens ad Pitocleam:
Si vis, inquit, te divitem facere, non pecunia addiciendū,
sed cupiditatis detrahendum est. ~

Auctores.
Vide Beyrlinck, Langium, Fabrum, Stapleton:
Marchantium, Ant: Balinghem hoc verbo. ~

Pit.

Titulus XLVII.

Dubia Ascetica.

Ut hic quoque pro posse Nostrum imitemur Exemplar, non nihil ab usitata methodo recedentes, ut res videatur postulare, materiam hanc per Quasita & Responsa brevitate possibili dabimus, ordine ejusdem Exemplaris servato, ut Ascetarum sensui maxime accommodato.

§. I. Dubia circa perfectionem in genere

Quasitum 1.^m An omnes homines ad perfectionem sint vocati?

Responsum: utique vocavit his verbis Dominus omnes homines dicens Matth. 5. Estote perfecti sicut Pater vester caelestis perfectus est, ^{ab omnibus} sicut tamen non simili indinem exigente, sed solum qualitatem perfectionis in gradu nobis possibili: sicut Deus ut infinitus, ita infinite perfectus est. sed nos nobis proportionatam secte perfect.^{con}

Q. 2. In quo consistat perfectio homini proportionata, & hic a Christo requisita?

R. Perfectio consistit in Charitate, quae vinculum illius est, in Charitate autem operativa, seu stante in exacta operum quotidianorum absolute, acquirenda per triplicem viam purgativam, illuminativam, & unificam.

Q. 3. Cur tres viae perfectionis assignentur?

R. Quia ut in materiali, sic & in spirituali viae tres reperiuntur termini, terminus a quo qui est prima purgativa, per quam ab impedimentis segregamur, terminus ad quem, & est unifica ad quam tendimus, & terminus medius, seu illuminativa,

132. per quam tendimus: quod totum videtur expressisse
David Ps. 33. dicens: *Diverite a malo* (en via purgati-
va) & fac bonum (Ecce media, seu illuminativa) in-
quire pacem & persequere eam, (quod est uniri Deo)

Q. 4. An non perfectio ex aspera tractatione corporis
recte colligatur?

R. Minime, quia omnes asperitates (ut bene Cassianus
coll. 5.) non perfectio, sed illius instrumenta, per qua
ad eam pervenitur, sunt: sicut nec visiones & con-
solationes spirituales certo perfectionem inferunt
ut recte Kempensis l. 3. c. 7. *Merita non sunt ex
hoc estimanda &c.*

Q. 5. Quid sit omnia relinquere, ut perfectos decet?

R. Est ita sollicitate agere ad quod hic & nunc quis,
pro sui status ratione tenetur, ut omnes alias cu-
ras deponat.

Q. 6. An peccata ex mera fragilitate admissa obstant
perfectioni?

R. Si homo constanter pugnet contra passiones, perfec-
tus habendus est, etsi aliquos fragilitatis suae expe-
riatur effectus; sic sirenum Duceem vocamus qui
fortiter hostem impugnat, etsi non semper expug-
net: hinc S. Hieronimus ep. ad Cellant. dixit: *Hæc
una presentis vite perfectio est, ut te imperfectum
agnoscas.*

Q. 7. An summam perfectionem, mox ab initio sui ingressus
in Religionem sectari liceat?

R. Illam ex tunc in eo gradu desiderare, laudabile est;
sed uno quasi impetu sic assequi velle, temerarium:
nam S. Bern. in 8. de S. Andrea dicit: *Nemo repente fit
summus; & ascendendo, non volando apprehenditur sum-
mitas*

mitas scalæ, ut de Religioso potius dicat dici possit, 153.
quod ejus Principium friget, medium tepet, ultima fer-
vent, quàm e converso

Q. 8. Quid de Regularum observatione procurandâ?

R. Non esse Religioso diffidendum, et si in principio ex ob-
servatio a rona appareat, quæ un ipso factis redditur
se serius adhibeatur conatib; & Deus qui dedit velle da-
bit & perficere facienti quod est in se

S. II. Dubia circa Viam Purgativam

Q. 1. An omnia peccata venialia vitari queant?

R. Collective quidem omnia vitari non posse, sed bene dis-
junctive & distributive accepta: quia, ut hoc vitari potest,
& illud vitari potest, & sic de aliis versim acceptis.

Q. 2. An defectus quotidiani ex fragilitate commisi mul-
tum nos tangere debeant?

R. Minime; sed ut jam commisi, ad humilitatem deserviant,
& pro futuris ad cautelam; sicque ex his ipsis in se ma-
lis bona multa proveniunt, & sic recogniti nullatenus
divinam suspendunt in nos munificentiam, ut S. Ger-
trudis ab ipso Christo accepisse fertur.

Q. 3. Cur in utilibus malis que cogitationibus Deus ani-
mam vexari patitur?

R. Ob tres potissimum causas ad animæ purgationem
ex molestia tolerata; ad majorem humilitatem ex vi-
litate perspecta; & ad gloriosorem coronam, ex obte-
ta victoriâ.

Q. 4. An cognoscere possit homo se esse in gratia?

R. De eo non posse sine revelatione perfectam haberi cer-
titudinem juxta illud eccl: 9. Nescit homo unum
amore an odio dignus sit, posse tamen modo aliquo ha-
beri indubitatum videtur ex illo Christi: Si quis dili-
git me sermonem meum servabit & pater meus dili-
get

get eum, & ubi in Legis Dei observantia fundatur
ea certitudo ~

Q. 6. Quid de Confessionibus timoratorum?

R. Hi tales non est cur a deo solliciti sint ut omnia
omnino venialia, ac suas imperfectiones omnes confitean-
tur; cum facillime e memoria excidant, earum que nimia
inquisitio molestos ac a perfectione retrahentes scrupulos
generare soleat; nec enim ea omnia sunt materia necessa-
ria hujus Sacramentis, multis que aliis modis valent dele-
ri: Neque angi debent quod alios videant perfectos in
longum suas confessiones protrahere; non enim eo melior
habenda est confessio, quo longior; & aliunde multi egent
speciali directione, a Confessario facienda, juxta consci-
entiarum varietatem. Neque iterum judicare debent se
nullum in perfectione profectum facere, eo quod in eas-
dem relabantur imperfectiones, dummodo ab eis coarere-
conantur: hoc enim est, quasi viator qui idemdem quies-
cit, & illico iter suum prosequitur, qui utique in itinere
suo progressum facit, prophisque ad terminum accedit.

Q. 7. An licitum sit mortis desiderium?

R. Utiq; licitum ac pium est mortem optare, imo
& a deo (cum resignatione tamen) expetere, ut liberemur
ab animae tribulationibus, ac periculis deum offendendi,
quantocius que deum nostrum facie ad faciem intueri
possimus. Medium autem ad bonam mortem est bona
vita: vobis enim (ait S. Aug. de Disc. Christ. c. 2) potest ma-
le mori, qui bene vixerit; unde mors Echo vite appella-
ri consuevit, quod & Poeta confirmavit canens:

Ut tibi mors felix contingat, vivere discite:

Ut felix possis vivere, discite mori ~

Sed ut & nimium, atque forte in diffidentiam ac desperatio-
nem

755.
perducantem & moderentur tales extremi iudicii timore
medium quoque erit bona vita unde oriatur humilis cōs-
cientie securitas; nec non praxis illius Christi doctrinæ:
Nolite iudicare, & non iudicabimini, Luc: 6. & huius 1. Cor: 11.
Si nos ipsos iudicaremus, non utique iudicaremur;

Q. 8. Quodnam medium aptum ad Purgatorium vi-
tanōum?

R. Optimum esse (quidquid disputent alii) Charitatē
ex hac vita erga Purgatorii animas pie exercere etiam
pro eis offerendo omnia omnino opera sua satisfacto-
ria, ut Christus S. Gertrudi approbavit, addita tamen
pro securitate omnimoda, conditione hac: Si ad maio-
rem Dei gloriam offerentis que utilitatem hæc oblatio
conducat. Suius quoque ordo pro liberandis animabus
observandus est, ut prius pro iis offeramus quibus ex
strictiori titulo obligamur, vel majori Charitatis, san-
guinis, gratitudinis &c. vinculo jungimur, sic que ma-
gis conformabimur ordinatissimæ Dei voluntati.

Q. 9. Quomodo viventes in infernum descendere de-
beamus?

R. Sæpius & attente penas illas in hac vita con-
siderando, ut earum iusto pavore concepto, ab iis abs-
tineamus, quæ nos ipsarum reos constituere possent.

S. III. Dubia.

Circa viam illuminativam.

Q. 1. Quæ & quomodo virtutes sectandæ?

R. Non quibuscumque virtutibus, sed solidis omni-
no inhaerendum, seu ipsis ut constantibus, fixis, ac per-
manentibus; ita ut non solis exterioritatibus contenti,

136. *rectissima semper intentione actus bonos perficiamus:*
hinc Ps: 44. dicitur: *Omnis gloria filice regis ab inhus;*
Atque solum in hoc sensu Virtus a S. Bernardo incant:
mater & causa gloria appellatur; alioquin, si preci-
se bona agamus ut ab hominibus videdamur, merce-
dem non habebimus, ait Christus Dominus Matth: 6. Sic que
accepta virtus est illa optima pars (Luc: 10) que non
nisi a volente poterit auferri; est que optimus ille
Dei cultus, quem his verbis insinuat Seneca: *Optima
vita pulcherrimus Numinis cultus est;*

Q. 2. *Quæ Fides habenda?*

R. *illa viva, ex cuius defectu, recte dixit S. The-
resia, omnes oriri imperfectiones & peccata, per
quam illos precipue articulos firma mente teneamus
quæ fortius conducunt ad bonum semper & ubique fa-
ciendum, & malum fugiendum, ut Dei presentia,
bonitas, iustitia, providentia &c.*

Q. 3. *Quomodo Sperandum.*

R. *Spe humili, sed certa, quæ Divina fidat boni-
tati ac Omnipotentia. ita Paulus dicebat: Omnia pos-
sum in eo qui me confortat; & in hoc sensu Ludovicus
Granatensis dixit quod Deus omnipotentes faciat
eos, qui in se sperant;*

Q. 4. *Quid in nobis sit Charitas?*

R. *Est ex S. Aug: nostræ perfectionis mensuro: Hoc
es, ait quod diligis; idem que S. Bernardus censet di-
cens: *Serm: 27. in ant: Quantitas cuius que anime esti-
matur de charitate, quam habet.**

Q. 4. *Dic breviter aliquid de prudentia, oratione,*

R. Ille prudentiæ leges servat, qui media apho-
 ra ad finem suum ultimum consequendum seligit ac
 ponit; qui secus, aberrat imprudentissime. = De Oratio-
 ne in presenti sufficiat illud S. Aug. verissimum dictū
 hoc: Recte novit vivere, qui recte novit orare. = Hu-
 militatē quis potest ut Paulus nihil sibi esse consciū,
 nec tamen se justificatum credere; imo ut S. Franciscus
 se omnium iniquissimum verè pronuntiare; tum quia
 Dei iudicia abyssus multa, tum quia adhuc se Deo in-
 gratisimum credit, eo ipso quod potiora ab eo donata
 receperit, quibus alii perfectius usi essent. Humilis
 etiam amplectitur abjectiora et minima, quia natu-
 ra repugnantiora, et formando Perfectionis ædificio
 aphora juxta illud Theophridii: Magnus artifex
 gloriosius mirabilia in minimis operatur, et S. Vale-
 rianus dixit: Virhis magna in minoribus semper ex-
 perimentum cupit.

Q. 6. Quid circa Paupertatem, Castitatem, et Obedi-
 entiam?

R. Paupertas illa verè reddit Nihil habentes et om-
 nia possidentes, per quam homo Jesum secutus relin-
 quit omnia, et ab eo centuplum accipit, etiam ante
 vitæ æternæ possessionem = Perfectam assequitur cas-
 titatem, ex Kempensi, qui perfecte fuerit obediens; et
 sane qui Deo vel superiori se subdere renuit, ex mē-
 te Aug. carnem suam sentiet sibi rebellem, et merito,
 quia ex eodem, non obtemperatis Dño torqueri mere-
 tur a se 10; Obedienti verò promissum est, quod lo-
 quebur

158. queretur victorias, quia Demorem suis armis spoliat
propriam voluntatem abnegando, & sensus exte-
res perfecta Modestia frenando, ubi enim Modestia
est, ibi & Christus est, teste Nazianzeno; unde
necessario diabolus abest quando Dominus prope est.

Q. 7. Num de Patientia aliquid?

R. & multa profecto dici possent: sed ex instituto hic
pauca dicere licet. itaque sic ait S. Gregorius: Ego fide-
ter dico, quia minus pie vivis, si minus persecutionem
pateris, cum ex Chrysologo: verus amor non nisi passio-
nibus probatur, quibus Deus suos paterne castigat, pro-
bat & delectat, unde Apostolus dicebat: gloriabor in infir-
mitatibus, & immo & tribulationes, cum media sint ad
finalem gloriam huiusmodi, eodem vulgi, quo ipsa, erunt
accipiendae, ne modicas fugiendo adversitates, incidamus
in vitia in majores, & pruinam timentes nix opprimat; eo-
que tiores & gloriosiores sunt tribulationes, quod minus
quasita, & magis voluntati nostrae repugnantes; & qua
vis ab elicitis corporis pœnis liceat interdum abstine-
re ex prudenti directione; at ab interiore compunctio-
ne nunquam desistendum, ut peccatum nostrum con-
tra nos sit semper, ad Dividii exemplum Ps. 50.

Q. IV. Dubia circa Viam Unitivam

Q. 1. Quae Devotio vera?

R. illa, quae nos & omnia nostra conspiremus in
Dei obsequium, ut faciamus eius voluntatem corde
magno, & animo volenti, ex 2. Mach: 5. ita ut rece-
dant vetera, nova sint omnia, corda, voces, & opera;
ut canit Ecclesia in Hymno de Ven. Sacramento; Atque

159.
Atque in Dei servitio prompte, & velociter operandum
quia ex Ps. 8. Velociter currit sermo Dei, & velocem vult
habere sequentem, ait S. Bern: quare David viam man-
datorum currebat; nec solum propter sed & constanter
Deo obsequendum, ne respicientes retrò ineptiamus
Reono Dei, & item & maxime erga Deum liberalis esse
debet devotio nostra, nil ei reservando memores summa
ejus in nos liberalitatis.

Q. 2. De Amore Dei quid?

R. Deus super omnia amandus propter se ipsum,
ut cum Davide Ps. 72. dicere possimus: Quid mihi est in
caelo, aut a te quid volui super terram, Deus cordis mei
& cetero Gustato spiritali desipit omnis caro, ut asceticum
fert axioma, & experhis est Aug. 1. 9. Conf: ubi ait c. 1. Ni-
gas, quas amittere metus fuerat, iam dimittere quid ium-
erat; Nihil enim delectabilius Deo, inquit idem L. 8.
ho: 38. & inquietum est cor nostrum donec requiescat
in Deo, eodem teste L. 1. Conf: & talis Dei amor non me-
ritum solum est, ait S. Bern; sed & ipse sibi est præ-
mium, & quidquid Deus non est, egestus est, Aug: 1.
10. Conf: Neque ullius amorem respuit benignus Deus
cujus sermocinatio cum simplicibus est, juxta Prov: 3.

S. V. Dubia miscellanea

Q. 1. Quomodo Sancti colendi?

R. in primis colenda est Potentissima Dei Mater
& Virgo, Mater gratia & Misericordia, quam qui in-
venerit hauriet salutem a Dño, Prov: 8. Deinde Sancti
omnes toto affectu honorandi & invocandi, eorum que
virtutes pro posse imitanda: qui verus earum cultus est.

166 - Q. 2. Quo pacto Officia recte obeantur ?

R. Si prompta voluntate Deo placendi, absque humano respectu illo, cum gaudio spirituali ex Prov. 12. Non contristabit iustum, quidquid ei acciderit, etsi non semper sensibili, sed ex eo magis meritorio, quod ita melius in illo exequendo munere subiciatur corpus animo, & animus Deo, in phrasi S. Prosperi; in quo etiam melius anima testatur suam erga Deum fidelitatem, confidentiam, sustentiam, zelumque scientia conjunctum; sibi que illam facit violentiam, qua cœlum rapitur

Q. 3. Cedo etiam aliqua de statu Religioso ?

R. Non habitus sartè sed Regularum observantia Religiosum efficit, & vita abscondita in Deo, per exactam Votorum custodiam, ferventem eorum renovationem, non qua nova ipsa fiant, sed in qua emittens renoveatur spiritali mentis suæ; ut jam non sibi vivat, sed Deo soli, tempus redimens, cum illic habet, quo nil pretiosius, ex S. Bern. sitque vir velox in opere suo, Prov. 22. suorum affectuum examinatur & dominus, præbens se omnibus exemplar bonorum operum, Tit. 2. quia Seneca teste, longum iter per præcepta, breve & efficax per exempla, contemnens omnino iudicia hominum quod est 7^a virtus Monachi, ut loquitur S. Climacus

Q. 4. Prosequere hanc Monasticam Doctrinam ?

R. Nec suorum præse bonorum operum fructum recipiet Perfectionis amulus, sed se quoque participem credat bonorum alienorum, ex illo Ps. 118. Particeps ego sum omnium timendum te & custodientium mandata tua; Sciât tamen præterea oportet sibi linguam sedulo frenandam; alias enim vana est ejus Religio, sed

sermo talis sit, ut det gratiam audientibus sitque ad ad-
firationem fidei. Eph. 4. Felix lingua. (clamat S. Hieron)
qua non novit nisi de divinis tenere sermonem, & me-
mor, quod sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum,
1. Cor. 3. non curat videri stultum propter Christum, 1. Cor. 4.
ut iumentum fiat apud Deum, Ps. 72. Castigans corpus suum
& in servitutem redigens, 1. Cor. 9. adhibita prudenti sibi prae-
scripta moderatione, quam, dicente S. P. Ignatio, solet Deus
ipse servis suis inspirare. Morbo affectus (quem ut vir-
tutis palæstram optare & a Deo petere bonum est) illum
patienter ac gaudenter sustineat cum annexis molestiis,
glorians se in infirmitatibus suis, sibi tamen assignato Me-
dico exacte pareat in omnibus proprio deposito iudicio;
ex quo nec indulgentiæ recusandæ erunt, nec molestiæ
ut monet S. Bonaventura, licet & se ipso (addit) in se ip-
sum rigida debeat esse censura. Tandemque post secta-
ta tot bona opera, semper aspirans ad perfectiora, hanc
Deo offerat voluntatem, quam Deus pro facto computat,
iuxta illud S. Aug. in Ps. 57. Quidquid vis & non potes,
Deus factum computat; quibus semper magna pietate
peractis (qua apud Aug. est verax de cultis, unde omnia
recte vivendi officia duci oportet) jam anima ejus ex
hoc mundo unita est Deo suo per amorem: dicit nam-
que Albertus Magnus lib. de Adv. Deo c. 12. Anima ma-
gis est ubi amat, quam ubi animat, & Atque sufficiant
ista, quæ a deo brevissime insinuare placuit, in in tam
alto simul & profundo navigantes Ascensis Pelago ex nos-
tra infirmitate faceremus naufragium.

Fil.

Titulus XLVIII.

Ebrietas

Definitio. Definiri solet privatio usus rationis ex immoderato usu rei potabilis ad tempus facta; quæ se & exteriorum sensuum usum simul tollat, non plena solum, sed plenissima est Ebrietas, ut eam dividunt alii.

Quisio.

ex 5. scrip-
tura.

Joel. 1. Expergissimini ebrui, & flete & ululate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam perit ab ore vestro, Prov. 31. Noli Regibus, Samue, noli Regibus dare vinum, quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas, ne forte bibant, & obliviscantur iudiciorum, & mutant causam filiorum pauperis, Is. 28. Sacerdos & Propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt a vino erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignoraverunt iudicium, Prov. 20. Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas; quicumque his delectatur, non erit sapiens, &c. 23. Cui vix? cuius Patri vix? cui rixæ? cui fovæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? nonne his qui commorantur in vino, & student calicibus epulatois? &c. 2. Ne intuearis vinum, cum splenduerit in vitro color ejus; ingreditur blande, sed in novissimo mordebit ut coluber, Eccl. 19. Operarius ebrius non locupletabitur, c. 26. Mulier ebriosa, via magna, & contumelia, & turpitudine ejus non tegetur, &c. 31. Vinum multum irritationem, & iram, & ruinas multas facit.

ex Patribus, S. Hieron: in rep: Mon: Omnes, qui ebrietatem sectantur, filii Belial vocantur, quia venter mero astmans facile despumat in libidinem, S. Laur: just: de spir: an: interi-
tu

tu l. i. Per Ebrietatem natura corrumpitur; Libidinis nutriuntur incendia, subvertitur ratio, scelera panduntur, homicidia fiunt, proferuntur stultiloquia, detractioes, & versa sarrilia, hebetatur mens, maturitas relaxatur, laetitia inepta dissolvit, immunditia polluit. Bellouac: in spec: mor: l. 3. p. 8. dist: 2. Omne bonum spirituale dissipant sobriasi, quia ebrietas est mors omnium virtutum & morum. Orig: in Gen: Audite, ebrietas quid agat, audite, quantum facinoris conciliat temulentia. Ebrietas decipit, quem Sodoma non decepit; uritur ille flammis mulierum, quem sulphurea flamma non urit. Pet: Paul: l. serm: Ebrietas mater litium, furoris generatrix, petulantiae magistra; hanc qui habet, homo non est: hanc qui habet peccatum non facit, sed est ipsa peccatum, haec enim est rabies voluntaria, in vitatus hostis, illecebra honestatis, & pudoris injuria. S. Amor: l. de pan: Ebriosus cum absorbet vinum absorbetur a viho, abominatur a Deo, despicitur ab Angelis, deridetur ab hominibus, destituitur a virtutibus, confunditur a daemonibus, conuulcatur a bestis. S. Pet: Chrysol: Ebrietas in abito crimen est, in sacerdote sacrilegium.

Exempla.

Quidam adolescens, cum a Principe quodam ad largius potandum urgeretur, respondit: Veniam peto Clementissime Princeps; a bestia parum absum, vult ne Clementia Vestra totum me bestiam fieri. Engelgr: Rom: 2. post epiph: 5. 4.

Presbiter quidam, cui nomen erat Winochus Brito, ab extrema vitae abstinentia sensim in magnos devenit vino potando excessus adeo ut plerumque ebrius cerneretur; dein a damone possessus tanto in omnes

104. impetebat furore, ut eum striete alligari in cella oportuerit. S. Greg. Turon: l. 8. hist. Franc: c. 34.

In Gallia cum aliquot comaribones mero incalluissent, & unis irridens Sacerdotes animarum immortalitatem predicantes, dixisset: ego animam meam venderem pro pretio omnibus nobis hodie ad bibendum sufficiente: subito adfuit diabolus, & pretio soluto blasphemum corpore & anima in infernum abduxit, dicens: equum est, ut qui equum emit, & stratum accipiat. Cantimpratens: l. 2. Apunt. c. 97.

Similia. Sicut difficiles faciunt oculos continui morbi, etiam ad minitiam radii solis offensionem. sic, Seneca teste, continua ebrietates animos efforunt. & sicut musto dolia ipsorum rumpuntur, & omne quod in imo jacet in summam partem vi caloris eiecat; ita, vino exaestuante, quidquid in imo (pectoris) jacet abditum, effertur, & urdit in medium.

Motiva. Motiva jam hujus viti fugiendi sunt, quod nocentissimum sit, gravissimum, periculosissimum, turpissimum, & curatu difficillimum; item quia gravium morborum est causa, vitam abbreviat, libertatem eripit, ac saepe finalem in penitentiam adducit. quorum omnium consideratio, ac occasio evitatio sicut in

Media. ad indignum hoc vitium, vitium a nobis fugandum & cavendum: nam Ebrietas est daemon blasphemus, ait S. Pet. Chrysost. & S. Basil: ho: 14 de ebr: sic habet: Lymphatis & malo demone captus misericordia qui dem dignus; ebrui vero, eadem fere & ipse patiens minime misericordia dignus, qui spontaneo servit damoni.

Q. Plato interrogatus unde ei sapientia tanta? respondit:

pondit: quia plus consumpsi de oleo in lampade, quam
de vino in calice: nequaquam enim aiebat, est philoso-
phi circa delectationes quibus versari.

Auctores Consule Jo: Busæum in Panario hoc V. Auctores.
Lud: Granat; Jo: Sadæum eod: V. Drexel: in Tob: & Jos:
Marchant, Engelgrave, Matthiam Fabrum, Canisium
Georgium Scherer Conc: 4. in Dom: Quinquag: Jos: Mansi.
Gobbt: in Accur

Titulus XLIX.

Educatio ~

Est sollicitudo de iis hominibus, qui curæ nostræ com-
missi sunt; Corporalis dicitur, quæ ad corpus alendum; &
Spiritalis, quæ ad animum instruendum ordinatur & per-
ficiendum.

Ecd: 7. Filii tibi sunt, erudi illos, & curva illos a juventu-
te sua, c. 11. in filiis suis agnoscitur vir c. 30. Qui dili-
git filium, assiduatur illi flagella, ut lateatur in novissimo
suo, & 11. 13. Doce filium tuum, & operare in illo, ne in tur-
pitudinem illius offendas, & c. 22. Confusio patris est de
filio indisciplinato, Prov: 13. Qui parcit virgæ odit filium
suum, Eph: 6. Educate illos in disciplina & correptione
Dñi, Ps: 73. Venite filii audite me, timorem Dñi docebo
vos, 1. Tim: 5. Si quis suorum, maxime domesticorum
curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior,
Prov: 23. Noli subtrahere à puero disciplinam; si enim
percusseris eum virgâ, non morietur, tu percuties eum,
& animam ejus de inferno liberabis, Thren: 3. Bonum
est viro, cum porta veritatis jugum ab adolescentia sua,
Prov: 22. Stultitia colligata est in corde pueri, & virga

Definitio.
& Divisio.

Ex Scrip-
tura.

166. disciplina fugabit eam, ~

ex Patribus. Chrysost: ho: 9. ad Hebr: Exerceamus igitur ad virtutem
atque pietatem, molles filiorum animos, cetera omnia secun-
do loco quaeramus; nam siquidem improbi illi fuerint, ni-
hil eis pecunie proderunt; sin autem probi, nihil ex pau-
peritate cadentur; S. Aug: l. de morib: Eccl: Disciplina in duo
dividitur, in correctionem & instructionem, quorum primū
timore, secundum amore perficitur; S. Ansel: apud Surium:
Cupitis pueros optimis ornari moribus, necesse est, ut cum
severitate disciplinae, paternae pietatis & mansuetudinis
levamen eis impendatis; S. Greg: p. 2. pos: c. 11. Per vinum
mordeantur vultnera, per oleum foveantur; miscenda est
lenitas cum severitate: sit rigor, sed non exasperans; sit
pietas, sed non plus, quam expediat; S. Chrysost: tom: 6.
Homil: 27. Patres, qui filiorum moderatorem, & tempe-
rantiam negligunt, liberorum sunt interfectores, eo cru-
deliores, quō ad interitum animae haec res tendat; S. Aug:
in Ps: 56. Valde perniciosè sentiet filius patris lenitatem
ut postea iuste sentiat Dei severitatem; S. Chrysost: ho: 20
ep: imperf: Desiderant parentes, suos filios valere in saecu-
lo isto, & non curant quid passuri sint in alio... si vide-
rint illos pauperes, suspirant; si autem viderint illos pec-
cantes, nemo tristatur, ut ostendant, quia corporis sunt pa-
rentes, & non animarum; S. Car: Borr: Act: Mediol: fol: 105.
Sicut uberrimum ab optima educatione praemium pater-
familias capiet, ita quicumque debitum hoc paternae cu-
rae officium neglexerit, expectet, ut in die Domini sibi durissi-
mum iudicium fiat; ~

Exempla. Quidam vir sanctus, Angelo duce, vidit patrem & filium

in medijs inferni ignibus mutuo se horrendis proscin-^{167.}
dentes maledictis; Pater filio exprobrabat, quod iniuste vi-
xisset ut ei opes relinqueret; iste patris, quod ob nimiam in-
se ejus indulgentiam tales fuisset promeritus pœnas & cru-
ciatus. Dion. Cart. de 4. No. vis. c. 42.

Henricus IV. Gallie Rex a parentibus Colono educandus
traditus est, ibique pecora agere, sudare, algere, & dum-
per atatem licuit, militia nomen dare jussus est; unde postea
in Regem tam præclarum evasit. Engelgr. luc. p. 2. in Bom. v. post. 243.

Alexander Magnus fatebatur, se plus Aristoteli præ-
ceptorum, quam Philippo parenti obligatum esse, quod ab hoc
est dumtaxat, ab illo bene vivere accepisset. Anonym.

Ad hominum confusionem erga parentes irreverentium similia.
scribit de Leonibus Plutarcus, quod juniores prædam suã
dividunt cum senioribus; & Plinius narrat, Glines insig-
ni pietate alere genitores suos senectæ fessos.
Debet Pater familias & quisquis juventutis sibi commis-
sam habet curam, Agricultorem imitari erga teneras
plantas & arbusta; vel Sculptorem in statua perficiẽ-
da; vel equestrem in edomandis equis.

Est namque maxima bonæ educationis necessitas Motiva.
utilitas, æquitas, & jucunditas; malæ autem damna
innumera; hanc fugiamus, illam sequamur & in fi-
lios, & subditos exerceamus, ut dici de nobis valeat
quod de Ape: Vir iustus & perfectus in generationibus
fuit, hoc est, ut Cajetanus explicat, in educatione filio-
rum suorum.

Vide Langium, D'Outreman, Beyrlinck, Engelgrave Auctores.
& Matt. Fabrum Conc. 4. in festo S. Nicolai. Tit.

Titulus I.

Elementa

Elementum est corpus simplex, ex quo varia corpora mixta componuntur, est quadruplex, nempe ignis, Aer, Aqua, & Terra. 1. est calidum & siccum, 2. calidum & humidum, 3. frigidum & humidum, 4. frigidum & siccum.

Hic Auctor noster plura congerit curiosa problemata; sed quæ Philosophiam sapiunt plurimum; ideoque ab eis abstinendum nobis in præsentia putamus, non quod ea iudicemus importuna, in Opere quod pro sua Universalitate omnis scientiarum generis apte capit notitiam; sed quia nos hic mere intendimus, quæ ad concinnitas nostras repente habendas immediate faciunt adnotare.

Ne tamen præfixum Titulum ex toto inutiliter appositum, iure dixerit aliquis, nomina saltem eorum, quæ sub ipso veniunt immediatius, referamus.

In elementis qualitates notandæ sunt, gravitas ^{tas} scilicet vel levitas ^{tas}, calor aut frigus, humiditas vel siccitas, item mixtorum transmutationes varia & mirabiles; Meteorum quoque natura & effectus, Tonitrua, fulgur, fulmen, ventus, terræmotus, Iris, nubes, pluvia, nix, glacies, grando, mel, magnes; Metalla item seu Aurum, Argentum, Argentum vivum, Gemmæ, lapilli, sabbina, & alia similia, circa quæ multa sciri digna discunt. Nostrum hic Exemplar ex probatissimis Auctoribus diligenter excerpta, & in Modernis Physicis inveniri solita.

Tit.

Titulus LI.

169.

Evagatio mentis

Est mobilitas, & inconstantia animi sub oratione ad aliena objecta conversi: aliquando est culpabilis, & aliquando inculpabilis, si ex defectu preparationis oratur, vel per non resistentiam foveatur. S. Hieronimo, & Augustino.

Matth: 18. Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe est a me. Eph: 4. Nolite locum dare diabolo, ead: 9. Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad profertendum sermonem coram Deo, 1. Pet: 4. Estote autem prudentes, & vigilate in orationibus. Ps: 30. Cor meum dereliquit me; Jer: 48. Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter, Luc: 19. Cœpit eijcere vendentes & ementes, dicens illis: domus mea domus orationis est; vos autem fecistis illam speluncam latronum, Ps: 140. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Matth: 6. Tu autem cum oraveris intra cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum in abscondito, Gen: 22. Ecce ignis & ligna, ubi est victima holocausti? ex 5. Scriptura.

S. Greg: c. 2. mor: 18. Notandum, quod nequaquam dicitur in libro Job, preces, sed desiderium meum Omnipotens audiatur; vera quippe postulatio non in oris est volubus, sed in cogitationibus cordis; S. Bern: medit: c. 5. Nihil est in me coras meo fugacius, quod, quoties me deserit, & per cogitationes pravas defluit, toties Deum offendit. Cor meum cor vanum, vagum & instabile, dum suo ducitur arbitrio, & Divino caret consilio, in seipso non potest consistere, sed omni mobili mobilius per innumera luc illic discurrit; S. Jo: Climac: Dum oras, subtilissime inimicus irrepit, animique intentionem claram, ut fur avertit, sed bono esto animo, ex Patribus.

170. animo, dum semper lubricam revocas mentem; Ange-
lis autem datum est, huiusmodi furibus non patere;
Kemp: L. 3. imit: c. 48. ibi multoties non sum, ubi corpora-
liter sto aut sedeo; ibi sum ubi cogitatio mea est; ibi au-
tem frequenter est cogitatio mea, ubi est, quod amo; ibi:
Affectus ille bonus, & dulcis, quem interdum sentis, effectus
gratiae praesentis est, & quidam praegustus Palmae caelestis,
super quo non nimium innitendum, quia vadit & venit.
Certare autem adversus incidentes malos motus animi, sug-
gestionem que spernere diaboli, insigne est virtutis & mag-
ni meriti, s. Basil: de abdic: rer: Cave diligenter, ne
cogitationi illi animi tui assentire, quae ab orationis
canone nondum peracto avellere te studeat, & in reg:
brev: q. 306. rogatur quomodo quis assequi possit, ne
inter orandum distrahatur? respondit: si certo Deum
se ante oculos habere credat, &

Exemplz. Quidam asino vectus, dum templum ingressus asinum
foris alligasset, & orationem dñicam recitare aggressus
advertisset, perpetuam sibi de asino amittendo sollicitudi-
nem sudoriri; mox egressus asinum vendidit, ut distrac-
tionum causam removeret. Arxel: in Aethor: cal: li. c. 2. 3.
S. Franciscus, cum oraturus Ecclesiam ingrediebatur dicere
solebat: manete hic cogitationes meae, donec egrediar, & ubi
opus Dei complevero, si expediat iterum vos assumam. *Marchan:*
P. Sebastianus Barrabas Soc: Jesu, tanta cum attentio-
ne orabat, ut strepitus introeunthum in cubiculum, aut sacel-
lum non audiret. in Vita^o

Motive. & profecto magna impudentia est, imo & stultitia, ad Deum
petiturus accedere, & alia negotia mente perfractare; nec
enim qui sic postulat meretur accipere; sed qui bene pa-
ratus, pura que dotata conscientia, constantet distractio-
nes

nes repellit, sensus suos cohibet, & magna corporis & ^{177.}
anime reverentia Stⁱ Spiritus invocatur auxilium
videantur Bussens, Brexelinus, Marchantius, Saurollius. ^{Auctores.}

Titulus III. Eucharistia

Eucharistia (quae vox bona gratia, & gratiarum actio in- ^{Nomen.}
terpretatur) est Corpus & sanguis Christi sub speciebus ^{Definitio.}
panis & vini, cum anima & Divinitate realiter & substan-
tialiter existentis, ut habet Canisius c. 4. de Euch: 9. 1. & est
Nova legis maximum, & per excellentiam Venerabile Sa-
cramentum sub speciebus visibilibus gratiam invisibi- ^{Qualitates.}
lem, ipsiusque gratiae Auctorem continens, circa quod
quinque haec potissimum scienda sunt: Illius Veritas,
Transsubstantiatio, Adoratio debita, Oblatio sacrificii,
atque eiusdem Sumptio. Finis autem est triplex, ut ^{Finis.}
canit Ecclesia: nempe, ut Memoria Passionis Christi re-
colatur, mens impleatur gratia, & futura gloria nobis
pius existat. ut explicat Conc: Tridentinum sess: 13.

isa: 54. Omnes sistentes venite ad aquas; & qui non ^{ex S. Scrip-}
habebis argentum, properate, emite, & comedite; venite, ^{turis.}
amite absque argento, & absque ulla commutatione vinum
& lac, Ps: 101. Aruit cor meum quia oblitus sum comedere
panem meum. jo: 6. Panis quem ego dabo caro mea est pro
mundi vita, Qui manducat meam carnem, & bibit meum
sanguinem habet vitam aeternam, & ego resuscitabo eum
in novissimo die, Apoc: 2. Vincenti dabo manna abscon-
ditum, Cant: 5. Comedi favum cum melle meo: tibi vinum
meum cum lacte meo, Sap: 16. Angelorum esca nutriti
populum tuum, & paratum panem de caelo praestitisti sine

172. labore) Ps: 21. Calix meus inebrians quàm præclarus est;
Le vit: 7. Anima polluta, quæ ederit de carnibus hostiæ pa-
cificorum, quæ oblatæ est Dño, peribit de populis, & c.
Leprosus aut patiens fluxum seminis non vescitur de his
quæ sacrificata sunt mihi, donec sanetur; Math: 7. No-
lite sanctum dare canibus; neque mittatis margaritas
ante porcos, ne forte concutiant eas pedibus suis; 1. Cor: 5.
Epulemur non in fermento veteri malitiæ aut nequitie,
sed in azymis sinceritatis & veritatis; & c. 10. Non po-
testis mensæ Dñi participes esse, & mensæ demonio-
rum.

ex Fabricius. S. Aug: de Eccl: Dogm: Hoc Sacramentum non in merito
consecrantis, sed in verbo efficiunt creatoris, nec bono-
rum dispensatorum meritis ampliatur, nec malorum
attenuatur. - S. Paschasius Ser: de Corp: & Sang: Dñi sic
explicat illa verba Canonis Missæ: Quam oblationem
&c. Benedictam, per quam nos benedicamur; abscrip-
tum, per quam nos omnes in celo conscribamur; ratam,
per quam in visceribus Christi censeamur; rationabilem,
per quam a bestiali sensu exuamur; acceptabilem que fa-
cere dignetur, quatenus & nos per hoc, quia in nobis dis-
plicuimus, acceptabiles cum ejus unito filio simus; S.
Bonav: Tolle hoc sacramentum de Ecclesia & quid erit
in mundo, nisi error & infidelitas? S. Bern: ser: de Cantua.
Quo præcipue in nobis hoc Sacramentum operatur: ut
& sensum minuatur in minimis, & in gravioribus peccatis
tollat omnia consensum; S. Aug: ser: 201. de temp: Qui
origine comedit hunc panem, qui est Corpus Christi, ne-
cesse est, ut moriatur præteritis & vivat futuris; Remig:
Althsiød: de Celebr: Missæ: Nec salite aterna datur, sed

sed etiam pro temporali incolumitate: utraque enim
 sanitas ab illo est, animæ & corporis, S. Bern: to: 2.
 serm: 53. a. 2. c. 2. *Tria inter alia bona multiplican-*
tur per hoc Sacramentum. 1^{um} est decor castitatis. 2^o
charitatis, 3^o sapor suavitatis. S. Aug: tr: 84. in Joannem:
 Audeo dicere, quod Deus, cum sit Omnipotens, plus dare
 non potuit; cum sit Sapientissimus, plus dare nesciuit, cū
 sit Diligissimus, plus dare non habuit. S. Th: opusc: *Suavi-*
tatem huius Sacramenti nullus digne exprimere sufficit,
per quoddam spirituales dulcedo in sua fonte gustatur. S.
 Bonav: lb: 7. de prepar: ad Miss: c. 2. *Quid dubitationis*
in hoc Sacramento remanet, quod a Christo tam expresse
traditum, ab Apostolis prædicatum, a SS. Patribus orto-
doxis præfiguratum, tot miraculis & prodigiis, quasi
testimoniis palpabilibus vires confirmatum. Mirum
 sed verum, ut ait Hugo Victor: S. Cyrillus in Joan:
 sciunt baptizati homines, si longo temporis spatio pro-
 pter similitudinem religionem mystice Christo communi-
 care recusent, ab æterna vita se procul depellere, S.
 Aug: ser: 252. de temp: *Si in arca sordibus plena ves-*
tis non mittitur pretiosa, qua fronte in anima, quæ
peccatorum sordibus inquinatur, Christi Eucharistia
suscipitur. S. Chrysost: in Orat: de S. Philagonio: *Commu-*
nionis tempus non est festum, atque celebritas, sed cons-
cientia pura, vitæque a peccatis repurgata. S. Bern:
 Hæc quam temerarium, quam que nefarium est cruen-
 talis manibus tractare Virginis filium. Quæ mens non
 raperetur in excessum, ubi mundi pretium mittitur in-
 sterquilinum? non est minus detestabile, in as pollutionem,

174. quàm in lulum mittere Virginis Filium Kempens:
Eoto lib: 4. jmit: ~

Exempla. Carolus V. in Comitibus Augustanis, & Philippus II. aper-
to capite, facies manibus gerentes Ven: sacramentum comi-
tati sunt: cum que Philippus moneretur, ut ois solis astum
cavendum caput tegeret, respondit: hodie sol non urit.
Faber in Histo SS. Phil: cont: 7. n. 2. ~

Theodosius II. Dux Brigantinus, si quando noctu ad ce-
gros deferenda erat Eucharistia, max aberat cum lam-
pade comitans, neque suorum quemquam cessare patieba-
tur, monens, tunc maxime id Principem officium pietatis
facere par esse, quando reliqui praesomno ceficerent. Abat:.

Sylvester Sandinus Soc: Jesu semel in lultosa omni ex
parte via Sacramento obviam factus, ut consueta adora-
ret reverentia, in ipso flexit caeno, quin vestes in medio
luto macularentur. Rho l. 8. c. 1. in Nostris ecc. m: 6. ~

Cum Sacerdos quidam pyxidem, in qua Eucharistiam
portabat, amisisset, apes convolantes Sabbariolum ex cera
miro artificio, illi composuerunt. item alia vice eidem
Sacramento a furibus sub alveare projecto sexies de
die canhi suavissimo reverentiam exhibuerunt. Saum: c. 3.

Similia. Non secus ac sol idem diversos causat effectus pro di-
versa materiarum dispositione, & cibus pro varietate
sumentium; ita in hoc Sacramento sol justitia cibus a-
nimarum. quibus mystice praestat ea, quae corporibus
cibus materialis physice ~

Motiva. Unde Moveant ad tanti cibi sumptionem ultra dicta,
multiplex ejus utilitas ad virtutes acquirendas, ad unio-
nem cum Deo obtinendam, ad animam roborandam,
ad

ad vitam aeternam promerendam, ad animae delicias ^{178.}
obtinendas, imo & temporalia acquirenda bona teste
Salmerone to: 9. tr: 26. ad hostes animae superandos
perseverantiam que finalem tenendam; ut namque ve-
rus panis animae spirituales vitam conservet, cresce-
re & pinguescere facit in spiritu, robur tribuit contra
hostes, singularem animo delectationem affert, mirè
conducit ad mentem illustrandam, & sapientiam cae-
lestem acquirendam, est optimum ac efficacissimū
adipiscenbæ perfectionis medium, tandem que mi-
rum in ultimo agone affert solatium.

Media tamen ad hæc omnia sunt: Magna tanti ^{Media.}
doni estimatio, frequens visitatio & conversatio, cre-
bra & diutina realis sumptio, sæpius iterata spiritualis cõ-
muniõ, specialis cultus, ardens sumendi desiderium,
evacuatio sui, victoria passionum, vita immaculata,
carnis mortificatio & castigatio &c.

O! quàm meritò Luc: 6. de Christo dicitur: & omnis ^{Conclusio.}
turba querebat eum tangere, quia virhis de illo exibat,
& sanabat omnes, præcipue pauperes; juxta illud Luc: 14. ^{& afflicto,}
Exi cito in plateas civitatis & voca pauperes &c proprie
referuat animas eorum a morte, & alia eos in fame;
Mt: 32. promittens continuam assistentiam dum ait Mat: 28.
Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæ-
culi.

Videndi Lud: de Ponte, Alph: Rodr: Grexel, Lonicus, ^{Auctores.}
Loutreman, Madasi, Busaut, & præcipue Jacobus Hauhi-
nus in Opere de hoc 8.º sacramento. F. C.

Titulus LIII.

Examen Conscientiæ

Definitio. Est seria super actiones suas quotidianas reflexio: quod si fiat circa particularem materiam, particulare

Divisio. si circa omnes diei actiones, Generale vocatur Examen, cuius partes seu actus sunt quinque: 1. Gratiarum actio pro acceptis beneficiis, 2. gratiæ petitio pro culpis dignoscendis ac defendendis, 3. scrutinium circa sua verba, cogitationes & opera, 4. Dolor de admissis, 5. propositum emendationis. Totidem sunt Particularis partes: 1. Mane proponere cavendum ab hac determinata culpa; 2. Dolere de lapsu, manu pectori admostrata, 3. sub noctem numerum lapsuum memorari; 4. diem cum die, hebdomadam cum hebdomada, &c. conferre; 5. Penitentiam sibi pro numero lapsuum injungere.

Actus. Ps: 4. in cubilibus vestris compingimini; Ps: 50. Peccatum meum contra me est semper; Ps: 31. Confitebor adversum me injustitiam meam; Ps: 76. Meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scepebam spiritum meum; jer: 37. Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti; isa: 21. Super speculam Dñi ego sum stans jugiter per diem, & super custodiam meam stans totis noctibus, &c. 38. Recogitabo tibi (ait Ezechias Rex) omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Quasi vi resiarum annorum meorum; Job: 9. Verebar omnia opera mea; c. 18. Verumtamen vias meas in conspectu ejus arguam & ipse erit. Salvator meus, &c. 42. ipse me reprehendo, & ago penitentiam in favilla & cinere;

ac 2. scrip. turd.

1. cor. ii. Si nosmetipsos iudicaremus, non utique iudica-
remur.

S. Bern: ser: de im: dom: c. 37. Discce, te ipsum apud te ipsum ^{ex Petrus.}
iudicare, sæpe etiam condemnare, nec impunitum dimit-
tere. Mane præterita noctis fac a te metipso exactionem
& ventura diei tu tibi indicto cautionem; vespere præte-
rita diei rationem exige, & supervenientis noctis fac indic-
tionem. S. Chrys: in Ps: 56. Ecce habes Codicem ubi scribas
quotidianum expensum; habeto codicem Conscientiam tuam
& scribe quotidiana peccata. S. Climac: gr: 52. Optimus ille
Trapezita est, qui quotidie vespere lucrum, ac detrimen-
tum omnino computat. cum calculi singulis horis ponun-
tur, totius diei ratio clarius postmodum cognoscitur. S.
Greg: L: 25: mor: c. 7. Sicut non sentimus quomodo cre-
sunt membra; ita mens nostra per momenta vivendi
ipso curarum usu a semetipsa permutatur, & non agnos-
cimus, nisi vigilantia custodia ad interiora nostra residen-
tes profectus nostros quotidie, defectus que pensemus. S.
Chrys: h: 1: in Ps: 56. Nihil est, quod sic quisque debeat co-
gitare, nisi ut in se ipsum oculos conjiciat, se discat, se discu-
at, se inspiciat, se quærat, & se inveniat; & quod displicet,
neceat, & quod placet, optet & plantet. & to: 1: in Ps: 4. Ne
prius dormieris, o homo, quam mente versaveris, que
a te interdum perperam acta sunt. & die sequenti eris
omnino tardior ad ea ipsa rursus aggredienda.

S. Climacus grad: 4. testatur, olim antiquos Mona- ^{Exempla.}
chos libellum cingulo appensum habuisse, in quo omnes
cogitationes suas annotabant, ut eas nocti facilius cog-
noscerent, & suo Pastori referrent. S. Franc: Borgias

178. non tantum, bis de die, sed ad exemplum S. P. Ignatii
singulis horis diurnis in sua dicta, cogitata, & facta in-
quirebat. vit: 1. 4. c. 4.

Ipsa Seneca de seipso scribit: Utor hac potestate, &
quotidie apud me causam dico. Cum sublatum e cons-
pectu lumen est, & contigit uxor moris mei conscia, to-
tam diem mecum scrutor, facta ac dicta mea, remeior:
nihil mihi abscondo, nihil transeo, ita, ille (3. de ira)

similia. itaque erga nos ipsos iudicem, Colonum, Medicum,
ac peritum agere debemus hortulanum; nos ipsos in-
crepando damnando puniendo; damna nostra vel e-

Motivac.
u. Motivac. molumenta computando; contraria contrariis pruden-
ter curando; ac floridum virtutum viridarium in nos-
tris anima excolendo, plantantes, rigantes, custodiē-
tes, memores que illius Jer: 1. Ecce constitui te hodie
super gentes & regna (hoc est super te ipsum & passiones
tuas) ut evellas, & destruas, & disperdas & dissipes, & adi-
fices, & plantes, atque imitemur mulierem fortem
Prov: 31. quae consideravit semitas domus suae, & pa-
nem otiosa non comedit, &c.

Auctores. Legendi Jo: Bussæus, Alphons: Rodor:, Drexelius,
Jac: Alvarez, Saurothius, D'outreman, &c.

Titulus LIV.

Exemplum

Est factum aliquod ad imitationem alius propositum.
Vel Bonum vel Malum est, pro actionum simili diffe-
rentia.

Luc: 11. Nemo accendit lucernam & ponit eam sub mo-
dio, sed super candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen
vi.

videant, *Tit: 2. In omnibus praebe te ipsum exemplum* 179.
bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate,
verbum sanum irreprehensibile.) 1. Tim: 4. Exemplum es-
to fidelium in verbo & conversatione, in charitate, in
fide, in castitate, ut profectus tuus manifestus sit omnibus,
1. Pet: 2. Ex bonis operibus vos considerantes glorificabit
Deum.) 2. Cor: 6. Nemini dantes ullam offensionem, ut
non vituperetur ministerium nostrum.) Jac: 5. Exemplum
accipite, fratres, laboris & patientia, Prophetas, qui locu-
ti sunt in nomine Dñi.) 2. Cor: 9. Vestra aemulatio provo-
cavit plurimos.) Rom: 14. Ne ponatis offendiculum fratri,
vel scandalum. ... Noli cibo tuo perdere illum, pro quo
Christus mortuus est. Noli destruere opus Dei, 1. Cor: 8.
Peccantes in fratres, & percutientes conscientiam ipsorum
infirmam, in Christum peccatis.)

S. Hier: Ep: ad Heliod: *Domus Episcopi, & conversatio* *ex pluribus.*
quasi in speculo posita, magistra est publica disciplina,
quidquid fecerit, id sibi omnes faciendum putant.) S.
Greg: l. 10. mor: Nullum ego consilium melius arbitror,
quam si exemplo tuo fratrem docere studeas qua oportet
fieri, provocans eum ad meliora, & consulens ei neque
verbo, neque lingua, sed opere & veritate.) & ho: 17. in luc:
ad Vos estis sal terra. Si igitur sal sumus, condire men-
tes fidelium debemus, ut quisquis Sacerdoti iungitur, qua-
si e salis tactu aeterna vite sapore condiaitur, Euseb: Gallie:
ho: in c. 5. Math: Lux estis mundi; & sermone igitur & ope-
relucere debetis, magis autem operando, quam loquendo
proficitis, quia major est splendor operis quam sermonis.
unde additur: ut videant opera vestra bona, & sicut
de vera Sap: l. 4. Homines malunt exempla quam verba;
quia loqui facile est, prestare difficile.) S. Chrys: ho: 13.

180. ho: 13. in Acta: Nil frigidius Doctore, qui verbis dumtaxat philosophatur. neque enim hoc Doctoris est, sed histrionis, & hypocrisis. S. Greg: p. 2. past. l. 3. Validior operis quam oris vox est: fac ut loqueris, S. Nazian: Non difficile estimatur, quod jam factum conspicitur. S. Bern: ser. de s. bened: Sermo vivus & efficax exemplum est operis facile faciens, suadibile quod dicitur, dum monstratur factibile quod suadetur. S. Aug: Qui in conspectu populi male vivit, quantum in illo est, eum, a quo attenditur, occidit. S. Bern: in serm: Non tibi videtur graviorem ab eo Christus sustinere persecutionem, qui suggestionem malignam, exemplo pernicioso, scandalosi oratione pervertit animas quas redemit, quam a Judaeis, qui sanguinem suum fudit? ~

exempla. S. Afric: cum apud eam adhuc ethnicam S. Marcellinus divertisset, usque adeo exemplis ab eo dactis edificata est, ut & baptizari petierit, & paulo post fidem glorioso martyrio propugnarit. Sur: 7. Aug: ~

Reynerius Marchio homo impudicus dicere solebat: Me imperator nec alius homo tantum me terret, quantum Romualdi aspectus: ante ejus quippe vultum, nec quid dicam scio, nec quibus me defendam invenio. Sur: in vita S. Romualdi 7. febr: ~

S. Franc: Borgia, iustus est a Rege olim imparatus Cathedram ascendere, dicente, sufficere si nec verbi dicat, sed solo suo exemplo concietur, ut olim in plebis S. Franciscus Assisias. Alph: Ros: p. 3. tr: 1. ex vit: l. 1. 17. Joannis Mendozae, servus mahometanus, cum nullis promissis ad veram fidem perducit potuisset, solo se convertit exemplo Dñi sui Societatem Jesu ineunvis. Sur: Soc: p. 2. l. 1. 42. ~

Alphonsus Rex Aragonum, cum moneretur, ut habitu plebejo, quo utebatur, rejecto, rogati uteretur; malo, respondit moribus & auctoritate meos excellere, quam diademate & purpura. Anasimus de dicti Alphonsi

sicut artium quarumvis candidati plus ad exemplo & exemplari viso, quam a verbis & notitia auditis adiscunt; ita in scientia virtutum, & arte bene vivendi, in qua, ut bene pingamus, aliam imaginem respicimus, ut imitemur. Tunc est quod Christus ipse in exemplar constitutus dicebat: Discite a me. & Matth: 23. Præcedam vos in Galilaam; & Deus Moysi: Inspice, & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Hinc Luc: 1. de S. Joanne Bapt: Tu puer es. præibis enim ante faciem Dñi parare vias ejus ad dandam scientiam salutis. & Paulus ad Phil: 3. similes res mei estote, sicut & ego Christi; qui nique prius cepit facere quam docere, in odorem ergo ejus unquentorum curramus, Cant: 1.

Similia.

Mohiva. & Media.

Auctores: Jo: Bussanus, Greg: Stengelius de Vi exemplor: Lud: Granat: Nic: Lancicinus; Jos: Langius, Tho: Stapleton, Laur: Beyriner.

Auctores.

Titulus LV. Fama.

Fama, a fando dicta, est inveterata in hominum mentibus de quopiam opinio: qua vel Bona vel Mala est pro fundamentorum varietate.

Scientia, & Veritas.

1. Tim: 3. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & laquetim diaboli. Rom: 12. Providentes bona non

ex scriptura.

182. non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus
hominibus; Eccl: 41. Curam habe de bono nomine: hoc
enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pre-
tiosi & magni. Bonæ vitæ numerus dierum, bonum
autem nomen permanebit in æternum. Prov: 15. Lux
oculorum lætificat animam: fama bona impinguat
ossa, &c. 22. Melius est nomen bonum, quam divitiæ
multæ. ~

229. S. Aug: de Doctr: Christ: Sic Doctor bonam eligat vi-
tam, ut etiam bonam non negligat famam, & de bono
viduit: Nobis necessaria est vita nostra, aliis fama
nostra. S. Hier: in Matth: 4. Opera salutis sine fama
boni odoris non satis relucet auditoribus; nec fama
sine opere proficit; & Ep: 14. ad Galat: Apostolici præ-
cepti & exempli est, ut habeamus rationem non solum
conscientiæ, sed etiam famæ, S. Aug: in serm: Qui confi-
dens conscientiæ negligit famam, crudelis est, quia a-
liorum animas occidit; Cassiod: l: 8. ep: 23. Hoc natu-
ræ thesauris reponimus, quod famæ commodis appli-
camus, & l: 1. Ep: 3. Incliti animi signum est famæ di-
ligere commodum, & lucra causarum negligere, Isid:
Pelus: l: 3. Ep: 142. Tales esse censemur qualis fama
cujusque est, hæc aures intenduntur & oculi. Melius
omnibus quam singulis creditur: singuli enim deci-
pere & decipi possunt; at nemo omnes, neminem uni-
versi fefellerunt. ~

Exempla. S. Basilii ambitionis & hæresis notam, a Neocæsa-
riensibus sibi iniustum, per epistolas & publicam ora-
tionem habitam abolere conatus est: idem S. Augus-
tinus de Pelagiana hæresi accusatus, fecit. Imo S. Iur:
Ist:

183.
S. Laurentius Justinianus dicit: Quis Sanctorum ad
profectum ceterorum famam suam neglexisse cognos-
citur? Lanciz: opusc: 9. c. 7.

Est fama sicut ignis, qui accensus facile servatur, sed
extinctus haud facile reaccenditur. Sicut aromata que
fracta (seu in adversis) vehementius fragrant, sic bonæ
famæ odor ex adversis melius diffunditur, alios que ad se
atrahit sequaces, ut columba balsamo delibuta. Curan-
da ergo est fama, quia Deum glorificat, proximum æ-
dificat, ac nos ipsos ad bonum prosequendum excitat.
acquiritur autem raro & cautè cum hominibus con-
versando & in bonis se operibus exercendo

Similia

Motiva.

Media.

Auctores.

Lancicius, Faber, Beyrlinck, & Langius super
hoc videndi

Titulus LVI.

Felicitas

Ex Aristotele. 1. 7. Polit: est quædam vitam sufficientem,
optabilem, ac nullius indignam præstat, sed est triplex
Mundanorum, in divitiis sita, Philosophorum, in terre-
norum superbo contemptu, & Christianorum, in per-
fecta Dei per amorem fruitione consistens. hinc S. Am-
brosius de offic: addit, Beatam vitam consistere in alti-
tudine sapientiæ, suavitate Conscientiæ, virtutis subli-
mitate.

Definitio
& Divisio.

Eccl: 31. Beatus dives, qui inventus est sine macula, et
qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia
& thesauris. etc. Ps: 32. Beata gens, cuius est Dominus Deus
ejus. isa: 3. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te

ex S. Scriptura.

de

decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant, Ps: 143.
 Beatum dixerunt populum cui sunt hae: beatus popu-
 lus, cuius Dominus Deus eius. Eccl: 2. Omnia quae sub sole
 sunt omnia, vania esse cognovit Salomon immo & vani-
 tatem ipsam & spiritus afflictionem: & finem faciens e-
 12. hoc unum hominis felicitatem esse insinuat: *Deum
 time & mandata eius observa.* Ps: 76. *Delectare in his
 & dabit tibi petitiones cordis tui.* Ps: 76. *Remittit consolari
 anima mea; memor fui Dei & delectatus sum.*

s. Augustinus. s. Aug: sup: Ps: 26. *Quando quisque quod amat habere
 videtur, felix vocatur; verè autem felix est, non si id
 habet quod amat, sed si id amet, quod amandum est,
 & in medio: Omnis copia, quae Deus non est, egestas est
 mihi.* s. Bern: ser: de deo: *Ad imaginem Dei, facta a-
 nima rationalis cæteris omnibus occupari potest re-
 pleri omnino non potest: capacem enim Dei, quidquid
 Deo minus est, non implebit.* s. Aug: de lib: arbit: *Nalla
 re fruitor anima cum libertate, nisi qua fruitor cum
 securitate; nemo autem securus est in his bonis, quae
 potest invitus amittere.* & ser: 29. in Matth: *ideo Deus
 felicitatibus terrenis amaritudines miscet, ut illa
 quaeratur felicitas, cuius dulcedo non est fallax.* s. Aug:
 Granat: loc: com: *sicut vnus sol magis, quam omnia
 caeli luminaria mundum illuminat: ita vnus Dei
 possessio magis satiatur, quam si omnes res creatas quis
 possideret.* ipse Seneca in moralibus suis dixit: *sicut
 tota vita corporis anima est; sic beata vita anima
 Deus est, & ep: 43. Scito eum non esse bonum, quem
 vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluit;*

184.
sed illum, qui natura magistra utitur, ad illius leges
componitur, sic vivit, quomodo illa præscripsit, cui bo-
na sua nulla vis excutit, qui mala in bonum vertit.)

Vide Lessium de Summo bono, Lud: Granat; Langui. ^{Auctores.}
& Beyrlinck, hoc Verbo ~

Titulus LVII.

Fervor ~

Est ardens & efficax desiderium vocationi sua per-
fecte satisfaciendi. Alius est Tyrannum, qui saepe in-
discretus & nimius est; alius proveciorum substan-
tis, pacatus, & prudens, proinde que diuturnior & secu-
rior ~

Prov: 4. Justorum semita quasi lux splendens procedit ^{ex 5. scriptura.}

& crescit usque ad perfectam diem, Eccl: 33. in omnibus
operibus tuis præcellens esto: nec des maculam in gloria
tua, 1. Cor: 12. Emulamini charismata meliora, & ad-
huc excellentiorem viam vobis demonstro, Rom: 12. Sol-
licitudine non pigri, spiritu ferventes, Dño servientes ~
Cant: 2. Surge prope amica mea. . . & veni, Ezech:
1. & animalia iocant, & revertentur in similitudinem
fulguris coruscantis, Jer: 20. & factus est in corde meo si-
cut ignis exarsuans, clamsus que in ossibus meis, & defeci,
ferre non sustinens) ~

S. Ambr: 1. 1. offic: Affectus tuus nomen imponit operi ^{ex Patribus.}

tu: quomodo a te proficiscitur, sic aestimatur; S. Bern:
ser: 17. in Cant: Quia amat ardentius (anima) currit ve-
locius, & citius pervenit: sine mora ei aperitur tan-
quam domestica, specialiter dilecta, & singulariter
grata, S. ign: ep: ad Lusit: Fovete semper in sinu ves-
tri cordis vividum quemdam sanctum que fervorem
ad

186. ad quosvis pro virtute exantlandos labores: ad quem enim virtutis gradum niger non potest adreperere, exigua temporis intercapedine diligens mirabiliter volat. *Cesar: hb. 3. ad Mon. Quantum nos addiderimus ad studium, tantum Deus apponet ad adiutorium: quantum nos apposuerimus ad diligentiam, tantum ille addet ad gloriam.* S. Ambr: l. 1. de Cal: c. 5. *Uberiores fructus habet celebrata devotio.* Kemp: l. 1. imit: c. 14. *Magis Deus pensat ex quanto quis agit, quam opus quod facit, & c. 25. Si dederis te ad fervorem, invenies magnam pacem, & senties leviozem laborem, propter Dei gratiam & virtutis amorem.*

Exempla. S. Ignatius de Loyola adeo ferventer orabat, ut quoties orare inciperet, mox toto quasi vulgi ignesceret; imo ob nimium saepe fervorem post Missam in morbum incideret. *Maffus l. 3. c. 11.*

Similia. In via virtutis oportet viarum cursores imitari qui intermediis quibus vis occurrentibus non delinunt sed ad propositum terminum pervolant, ut sagitta ab archu demissa, nec quiescunt donec fini adhæreant, velut quæ a magnete tacta usque dum septentrionali opponantur sideri.

Motiva. Moveant ad fervorem incerta mortis cogitatio, vita brevis, malorum fervor ad prava, & præmii magnitudo futuri ex Dei in nos Charitate ac liberalitate vel ex hac vita fervidos mire recreantis; & ut dixit S. Ambr: *Nescit tarda molimina spiritus S. Gratia.*

Auctores. Nicol: Lancicinus, Lud: Granat; Laur: Beyrlinck, Th: Stapleton, Alph: Rodriguez, Jos: Langius, Philip: Doureman, & S. P. Ignatius in epist: ad Lusit: de perf: Relig: ee

Tit.

Titulus LVIII.

187.

Fides

Est donum Dei ac lumen, quo illustratus homo firmi- ^{Definitio.}
ter assentitur omnibus quæ Deus revelavit & per Ecclesiã
proponit credenda. Vividi solet in vivam, qua ope- ^{Vivida.}
ribus firmamus fidem nostram; & mortuam qua solo ore
fidem profiteamur. Unde, fides hos actus habet, seu gra- <sup>Actus &
gradus.</sup>
dus: corde credere, ore confiteri, opere confirmare, san-
guinem pro fide fundere, fidem pro posse dilatare, eã
que contra ejus hostes propugnare.

Rom: 10. Corde creditur ad justitiam, ore autem con- ^{ex 3 scriptis}
fessio fit ad salutem. Eccl: 32. Qui credit Deo, attendit
mandatis ejus. Jac: 2. Quid prodest Arabes mei, si
fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat?
numquid poterit fides salvare eum? Jo: 10. Si mihi no-
vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis & credatis
quia Pater in me est & ego in Patre. Marc: 16. Signa
autem eos qui crediderint, hæc sequentur &c. Abac: 2.
Qui incredulus est, non erit recta anima ejus in sen-
tentiis: iustus autem meus ex fide vivit. Jo: 6. Amen amen
dico vobis, qui credit in me habet vitam æternam.
Marc: 9. Omnia possibilis sunt credentis. Coloss: 1. Gra-
tias agentes Deo Patri... qui eripuit nos de potestate
tenebrarum. Prov: 25. Qui scrutator est majestatis,
opprimetur a gloria. Rom: 11. Fide stas? nobis altum
sapere, sed time. Hebr: 13. Doctrinis variis & peregrinis
nolite abduci.

S. Bern: de 12. grad. humil: Qualis sit cuiusque fides, ^{ex Patribus.}
tribulatio probat & sup: Cant: Dicamus fidem vitam,
virtutes palmites, botrum opus, devotionem vinum.

188. S. Aug: ho: 26. sup: Evang: Divina operatio, si ratione
comprehenditur, non est admirabilis; nec fides habet
meritum, cui humana ratio præbet experimentum; &
10. de Civit: Cum dilectione fides Christiani, sine dilec-
tione fides dæmonis, & sup: joan: Quid est fides, nisi
credere quod non vides: nam si cito caperetur (scilicet
mysterium) non esset opus ut crederetur, quia videretur,
S. Hier: ad Paulam: Fides Dei non est otiosa neque solita-
ria, individua comes ei jungitur bonæ operationis instan-
tia. S. Isid: l. 8. Etymol: c. 2. Proprie nomen Fidei inde
est dictum, si omnino fiat id quod dictum est, aut pro-
missum. S. Aug: serm: de Trin: Deus credi se voluit,
non examinari... vis scire naturam Dei: hoc scito
quod nescias; sed si scias hoc ipsum quod nescias, plus
cæteris scies. & sup: joan: Noli intelligere ut credas,
sed crede, ut intelligas; intellectus merces fidei est.
S. Cyprian: Credenti præmium dabitur, si quod credi-
tur, & geratur. Estius in c. 6. ad Ephes: Nil efficacius ad
superandas diaboli, carnis, & mundi tentationes, quam
si quis fidem suam diligenter exerceat, ac frequenter
ante mentis oculos ponat bona nobis in futuro promissa.
Euseb: Emis: ho: 2. de Symb: Fides Religionis Catholicæ,
est lumen animæ, ostium vitæ, fundamentum salu-
tis æternæ, Tertul: l. de præscr: Fides virgo est inte-
gerrima, talisque nobis à Christo tradita, quam stu-
ppare ut conantur hæretici, sic Catholicis eam in-
corruptam castè tueri necesse est, S. Chrysost: in 2o.
Math: Virtus fidei in periculis securæ est, in securi-
tate periclitatur: quid enim aliud sic laxat vigorem
fidei

fidei, sicut longa tranquillitas ?

Cum S. Agatha a Præfatore interrogaretur, num pueret eam adeo nobili genere natam, fidem Christianam tam humilem profiteri ? respondit: Multo præstantior est Christiana humilitas & servitius Regum opibus, & superbia. Sur: 2. Feb: 2

S. Liroovicus Rex Gallie nullibi jucundius agebat, quam Passiaci, nec in alia sui regni parte tantum honori se percepisse aiebat, quod ibi per Baptismum in numerum Christianorum fuerit transcriptus. vita

Theodoricus Rex famulum, qui in ipsius gratiam fidem Catholicam deseruerat, ense transfodit dicens, fieri non posse ut sibi homini fidem servaret, qui Deo fuisset infidelis Euseb: 1. c. 10

S. Polycarpus Herodi proconsuli rogam minanti ni Christo malediceret, respondit: 86. annis servivi Christo, & nunquam me lasit, quomodo ei maledicam ? idem Euseb: 1. 4. c. 10

Heracius dum Catholicus eget præclara Victor gessit, at ubi heresim sequitur monothelitarum omnia ei infelicitè succedunt, tandemque inaudito interiit morbo. Jo. Zonara. Annal: P. Joan: Nannus Barrethi doc: Jesu Phtanis Christam prædans Dei esse negantibus inusitato ardore succensus palam exclamat, se pro ea tuenda veritate mille mortes oppetere. Hit: Jo.

Sunt respectu fidei opera, sicut navi sua ad junctam, similia. corpori anima, arbori fructus, terræ cultura, homini fundamenta & ornamenta.

et quidem fidei Catholicæ fortissima sunt credibilia Motiva. motiva, v.g. quod inter tot persecutiones adeo constanter perseveraverit, quod tot prodigiis dilatata, tot Martyrium patientia confirmata, tot homines ad eam conversi ingentes, sequim ejus suavitas, æquitas,

170. & rationalitas, & super omnia Dei auctoritas, veritas & infallibilitas ~

Media. Media verò ad fidem conservandam sunt: oratio frequens & seria, virgiosa vita, actuum fidei assiduitas, superbia & libidinis detestatio, fuga curiosa inquisitionis super mysteriis credendis, hereticorum sedula evitatio ~

conclusio. Fidei necessitas non qualiscumque est, sed necessitas Dei saltem quoad illa duo hebr. 11. Quod Deus sit, & quod remunerator sit. Fides figuratur in lampadibus quas virginibus aptare iubet Christus Dominus Matth: 25. In stella qua magos duxit ad Christum, & ab Herode dimovit Matth: 2. ipsa est illa galea salutis, & gladium Spiritus Sⁱ Ephes: 6. per quam sunt Beati qui non videntur & crediderunt, Joan: 20. cuius confessio meruit S. Petro Divinam illam laudem: Matth: 10. Beatus es Simon Bar-jona &c. Magister Joan: Avila dicere solebat, ple-rosque homines altero duorum carcerum dignos esse scilicet Inquisitionis, si non crederent, aut stultorum, si crederent, & non juxta ea quae credunt, vivant. S. Augustinus Fidem dixit radicem omnis bonae actionis; ocellum, quo sanctae actiones in Deum dirigantur; gubernaculum, quo voluntatis nostrae navicula ad portum charitatis appellit ~

Auctores. Videndi S. Oubreman, Canisius, Granat., Rosignolus Lid: De Ponte, Gasp: Tausch in Mahe Dolorosa l. 2. c. 1. 10: Bussæus, Nicol: Causinus in Aula Sta l. 3. c. 4, Drexel: in Rosis selectis p. 1. c. 4. Pennequin, Mansi &c

30

Tit.

192. *Angela de Trinitate Carmelitana, cum ob formam
Exempla. à variis expeteretur, faciem aqua imbutam soli expo-
suit, ut a sole nigredinem contraheret. Similiter Lilia
virgo Dominicana sibi ambos eruit oculos propter
quos se a viro nobili inordinate amari noverat. &
Ita Engelgrave in Festo S. Joseph 9-1.*

*De pulchritudine sic & ipsi senserunt gentiles: Senec:
Motiva. Ep: 125. dixit: Quid exolis formam, cum omnia feceris,
a multis animalibus decore vinceris, & alibi Res est
forma fugax, Ovid l: 2. de arte amandi sic cecinit:*

*Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos,
& minor, & spatium carminar ipsa suo.*

& 7. Cast:

*Faustus in est pulchris, sequitur que superbia formam,
& Theophrastus (laertio teste) dicebat, pulchritudine
nil aliud esse, quam tacitam deceptionem, quod abs-
que verbis persuadeat.*

*Auctores. Nic: Lancicinus, Engelgrave, Beyrlinck, Langius,
Franc: Petrarca Dialoq: 2. De remedis forhudo.*

Titulus LX.

Fortitudo.

*Definitio. Eam S. Augustinus definit l: 83. qq. sic: Est conside-
rata periculorum susceptio, & laborum perpassio, &
Species. eius species ex Divo Thoma sunt. Magnanimitas,
Securitas, Magnificentia, Patientia, Longanimitas,
Perseverantia & Constantia.*

*ex Sacra. Exodi 15. Fortitudo mea & laus mea Dominus, 2 Tim.
Scriptura. 2. Noli mi, confortare in gratia, qua in Christo Jesu
Prov: 15. Somus justis plurima fortitudo, & in fructi-
bus impii conturbatio, & c. 28. Fugit impius nemi-
ne persequente; justus autem quasi leo, confidens.*

absque terrore erit, Philip: 4. Omnia possum in eo qui ^{193.}
me confortat, Prov: 14. in timore Dñi fiducia, forti-
tudinis, Is: 40. Qui autem sperant in Dño mutabunt
fortitudinem. . current, & non laborabunt: amon labunt
& non deficient, & c. 30. in silentio & spe erit fortitudo
vestra, Rom: 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos?

S. Aug: de vid: Hac est vera fortitudo, quæ nati-
ra usum, sexus infirmitatem, mentis devotionem trans-
greditur. S. Amb: l. 1. Offic: Non mediocris animi est for-
titudo, quæ sola defendit ornamenta virtutum omnium,
justitiam quæ custodit, & inexpiabili prælio adversus
omnia vitia decertat, invicta ad labores, fortis ad peri-
cula, rigidior adversus voluptates, & epist: ad Simpl: U-
bi sapientia, ubi virtus est, ibi constantia, ibi fortitudo,
S. Hier: sup: Joel: Fortis viri est, nec adversis frangi, nec
prosperis sublevari, sed in utraque esse moderatum, S.
Bern: in Ep: Non est vir fortis, cui non crescit animus
in ipsa rerum difficultate, & c. S. Cal: Quod pugna
pugnantem, fatigat, vincentem coronat, S. Gregor:
Fortes facti sunt Sancti: carnem domant, virtutibus
coruscant, spiritum roborant, terrena despiciunt, cæ-
lestia appetunt, occidi possunt, flecti autem nequeunt,
S. Cyr: l. de bon: pud: Nulla major est victoria, quam
quæ de cupiditatibus refertur, qui enim hostem vicit,
fortior fuit, sed altero, qui verò cupiditatem repressit,
fortior fuit se ipso, S. Prosp: l. 2. c. 20. de Vita Contempl: Ille
dignus fortitudinis appellatione censendus est, qui ni-
hil sibi vitii rebellare, aut dominari permiserit, Semp:
l. 3. c. 44. Qui semet ipsum subjectum tenet, ut sensua-
titas

194. *libas rationi, & ratio in cunctis obediat mihi (Deo), hic
verè victor est sui, & Dñus mundi;*

Exempla. Hæc virtus maxime eluxit in ss. Martyribus, ut in
eorum Historiis legitur, qui atrociam spernebant tor-
menta & crudelissimas videbant mortes pro Christo
sibi illatas.

Motiva. Quorum & præcipue Christi Dñi, nos movere debet ca-
plum ad fortiter hic contra adversa omnia dimicandum,
quod si Dei amor non excitat, merces æterna promissa
invitet promissa perseverantibus usque in finem vite

Job: 7. hujus, quæ tota tentatio & militia est. Ne tamen per ex-
cessum peccetur, sic monet S. Thomas: oportet autem re-
rum difficultum impulsam non solum firmiter tolerare,
sed moderate aggredi, aliâ aggressio illa in temerita-
tem declinaret, & tolerantia illa esset pusillanimitas.
bonum nobis cum Paulo certandum certamen, ut legi-
timè certantes coronemur, certamen autem hoc sit con-
tra concupiscentias nostras, & maxime contra prædomi-
nantem in nobis passionem, quam ut Philistæum per-
cutere oportet (1. Reg: 17.) ut celestibus a Deo dicemur

Motiva. Divitiis; Stamus quæ columnâ (Apo: 3.) in templo Dei
nostri. Patientiam quoque constanter sectemur de
quâ possumus intelligere verba illa Apostoli ad Ephes:
Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus
insidias diaboli, & in qua stat vera Fortitudo juxta
illud Pro: 16. Melior est patiens viro forti, & qui do-
minatur animo suo expugnatore urbium, & illud Se-
necæ in Ep: Imperare sibi, maximum imperium; & Kemp:
L. 1. c. 24. tantum proficies, quantum tibi ipsi vim intuleris,

Videndi Lud: de Ponte, Drexelius, Bern: Rosignolus, ^{195.}
Lancizius, Pet: Sanchez, Joan: Buisæus, Jac: Alvarez. ^{Auctores.}

Titulus LXI. Gaudium

Est affectio animi, alicujus presentis boni opinione ^{Definitio}
concepta. Dividitur in bonum quod de licito, & ma- ^{de Divisio.}
lum, quod de illicito concipitur; si de spiritualibus ori-
atur, spirituale; si de sensibilibus, sensibile dicitur.

Phil: 4. Gaudete in Dño semper. Isa: 61. Exultabit ^{ex Script.}
anima mea in Deo meo. Matth: 5. Gaudete & exultate
quoniam merces vestra copiosa est in caelis, Eccl: 3. Cog-
novi, quod non esset melius, nisi letari & facere bene
in vita sua. Ps: 31. Laetamini in Dño & exultate iusti:
& gloriamini omnes recti corde, Ps: 99. Servite Dño in
letitia: introite in conspectu ejus in exultatione, Prov:
15. Cor gaudens exchillarat faciem; in dolore animi
despiciatur spiritus; 2-Cor: 7. Superabundo gaudio in
omni tribulatione.

S. Bern: in serm: illud est verum, ac summum gaudium ^{ex Patribus.}
quod non de creatura, sed de creatore concipitur, quod cum
acceperis, nemo tollet a te, cui aliunde comparata jucun-
ditas maior est, & alibi: Nullum manus signum inhabi-
tantis spiritus est, quam letitia spiritualis. S. Basil: inter-
rogat: 123. in leg: brev: Cujusmodi est gaudium quod est in
Dño? in his quae secundum mandatum Dñi sunt gaudere,
est in Dño gaudere. S. Aug: serm: 30. de SS. Scimus, fratres, quod
omnis homo gaudere desiderat, sed non omnes ibi quaerunt
gaudium, ubi oportet inquiri. S. Greg: 1. 14. mar: c. 2. Esse sine
delectatione anima nunquam potest, nam aut infimis dele-
tatur

tatur, aut summis, S. Aug: supra: Qui vult gaudere de se, tristes est; qui autem de Deo gaudere vult, semper gaudebit, quia Deus sempiternus est; & in Ps: 36. Prospera huius mundi asperitatem habent veram, iucunditatem falsam; certum dolorem, incertam voluptatem; durum laborem, timida quietem. S. Hier: Ep: 1. ad Heliod: Licet in modum signi fissum æquor arrideat, intus inclusum est periculum, intus est hostis; tranquillitas ista tempestas est. S. Greg: in mor: iure restat, ut quot prius in mundo incolumes habuimus gaudia, tot de ipso postmodum cogamur sentire tormenta, item: Dignum est, ut in se semper homo mororem inueniat, qui derelicto creatore, gaudium in se querebat. Kemp: l. 2. c. 4. Si est gaudium in mundo, hoc utique possidet puri cordis homo, & c. 6. Habe bonam conscientiam, & habebis semper lætitiā. Voli lætari, nisi cum bene feceris; quod & S. Bern: his verbis dixit: Vis nunquam esse tristis? bene vive: nam timor Dñi delectabit cor, & dabit lætitiā, & gaudium, & longitūdinem dierum; & serm: 6. de Asc: Errat omnino, qui castitatem illam dulcedinem huic cineri, Divinum illud balsamū huic veneno misceri posse arbitratur. S. Aug: l. 9. Conf: c. 1. O: quā suave mihi subito factum est carere suavitate nugarum, & quas amittere melius fuerat, jam dimittere gaudium erat.

Exempla. S. Scholastica tantis affluebat gaudiis, ut diceret, si dulcedo, quam Deus abscondit servis suis, cognita esset, mundus non caperet eos qui Deo servire vellent. Englg: pars. Beati De S. Martino, refert Severus Sulpicius in vita, eum nunquam mosum visum fuisse, sed semper pacatum, quidem, & compositū. Similia. Sicut ignis & aqua simul esse non possunt, ita (ex mente S. Bernardi) spirituales & carnales delicia in eodem se non commiscia patiuntur. Unde media ad optinendum gaudium verum, sunt

197
spernere mundanum, quaerere & petere Divinum, bene vivere, & peccata desere: nam qui ligent consolabuntur ex ipsius Christi promisso. & S. Augustinus in Ps: 127. ait: Dulcius sunt lacrymae penitentium, quam quaedam theatrorum.
Auct: Engelstave ser: 3. Bacchanal: Faber, Lyraus, Granat: Auctores.
Rodericus, Langius, & Beyrlinck

Titulus LXII.

Gratia

Definitur à S. Th: 1. 2. q. 110. a. 2. Qualitas quaedam ^{Definitio.} supernaturalis, qua anima ad consequendam beatitudinem supernaturalem promovetur Variè ex eodem à Theologis dividitur: 1^o in habitualem, qua quis iustus dicitur, & ac- ^{Divisio} tualis, qua Deus achi ad bene operandum illuminat, & vocatur præveniens; & dein juvat & cooperatur, & tunc est subsequens; 2^o in gratum-facientem, & grati-datum: hæc primario in aliorum utilitatem ordinatur, non item illa. 3^o in sufficientem, quæ de facto non est habitura effectum, & efficacem quæ certo coniungetur effectui, utrimque ex libere operantis determinatione

Mirabiles gratiæ effectus sunt: Remissio peccati Facere ^{Effectus.} Amicum Dei & adoptivum filium; Dare illis ad gloriam; Recidere opera nostra æterna vitæ meritoria, vitam & pulchritudinem animæ tribuere

Prov: 12. Qui bonus est, hauriet gratiam à Dño, Rom: ^{ex S. Scrip- turæ}
1: Ubi autem abundavit peccatum, superabundavit & gratia, ut sicut regnavit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam per Iesum C: 2. 8.
Ephos: 4. Unicusque nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, 1. Pet: 5: Deus superbis resistit,

sistit, humilibus autem dat gratiam. Joan: 3. Non potest homo accipere a se quidquam, nisi fuerit ei datum de caelo. 2. Cor: 12. Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. 1. Cor: 13. Gratia autem Dei sum id, quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum. Ephes: 2. Gratia enim salvati estis per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est. 1. Tim: 4. Noli negligere gratiam, quae in te, quae data est tibi.

ex Patribus. S. Th. 2. 2. q. 113. n. 9. Bonum gratiae unius maius est quam bonum naturae totius universi. S. Hier: Nihil boni operis agere potest homo absque eo, qui ita concessit liberum arbitrium, ut suam per singula opera gratiam non negaret. S. Ambr: in Luc: 12. Ubique Domini virtus studijs cooperatur humanis, ut nemo possit edificare, sine Domino, nemo custodire sine Domino, nemo quidquam incipere sine Domino. S. Leo ser: 16. de Pass: Iuste instat praecipio, qui praecurrit auxilio. S. Th: Opusc: 67. c. 7. Vasa, quae creatrix gratia creavit, ut sint, adiutrix gratia respicit, ne vacua sint. Kemp: 1. 3. c. 54. Haec gratia, supernaturale lumen, & quoddam Dei speciale donum est, & proprie electorum signaculum, & pignus salutis aeternae, quae hominem de terrenis ad caelestia amanda sustollit, & de carnali spiritali efficit, &c.

ex Empia. S. Catharina Senensis, conspecta quondam anima à peccatis pura, & Divina gratia exornata, tantam ei pulchritudinem inesse dicebat, ut nullus, qui eam videret, non libentissime pro ea in tali statu conservanda vitam daret. Sur: 30. April: ~

199.
Gratia rectè comparatur essentiae, ipsa enim, sicut hæc ^{similia.}
proprietatum, sic virtutum radix est, cujus necessitas ad
bene operandum, major est, quam oculorum ad videndum,
utilitas ad peccatum fugiendum, quam salis ad tenebras
pellendas &c. Eius itaque nos moveat necessitas, utilitas ^{Motiva.}
dignitas, & jucunditas, ad eam maximi faciendam, qua-
rendam, & sedulo conservandam; obinetur que per hu- ^{Motiva.}
militatem, Amorem Dei, & sanctum Timorem, penitentiam
cordis munditiam, Cooperationem, Gratiitudinem, ac gene-
rosam sui Victoriam. Gratia effectus compendiosa ratio-
ne complexus est Sapiens dum dixit Sap: 7. Venerunt autem
mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas
permanens illius; que verba, etsi de Sapientia dicta vi-
deantur, gratia tamen possunt peroptime applicari, sicut
& illud Prov: 4. Omni custodia serva cor tuum, quia ex ip-
so vita procedit ubi per vitam gratia potest intelligi.

Henr. Lamparter de Præstantia Gratia, Lud: Granat: ^{Auctores.}
Marchant: Taber, Engelgrave, d'Outreman, Languius,
Nierenberg: de estimatione Gratia &c.

Titulus LXIII.

Gratitudo ~

Est virtus quâ beneficia ab alio accepta cognoscimus, ^{Definitio.}
laudamus, & pro viribus recompensare conamur - ubi &
ejus gradus indicantur ~

Deut: 7. Cum comederis, & saturatus fueris, benedicas Dño Deo ^{ex 5. Script:}
tuo pro terra optima, quam dedit tibi, Coloss: 3. Pax Christi
exultet in cordibus vestris... & grati estote, Dñis: Quid tibi
dant Dño pro omnibus, quæ retribuit tibi? ... Vota mea Dño

200. reddam &c. Phil: 4. Cum gratiarum actione petitiones
vestrae innotescant apud Deum. Ps: 102. Benedic anima
mea Dño, & noli oblivisci omnes retributiones eius. 1-The:
s. in omnibus eius gratias agite: hæc est enim voluntas
Dei in Christo Jesu in omnibus vobis, Eccl: 29. Gratiam fide-
jussoris ne obliviscaris; dedit enim pro te animam suam. &

ex Patris. S. Aug: sup: Ps. Quid est tota die laudare? in prosperis quia
consolaris, in adversis quia corripis. Antequam essem, quia
fecisti me; cum essem, quia salutem dedisti; cum peccassem quia
ignovisti; cum conversus essem, quia adjuvisti; cum persevera-
tem, quia coronasti. Spiritui gratia contumeliam facit, qui
beneficium dantis grata mente non suscipit. S. Laur: hist:
l: 6: lig: vit: v: s. Discite, o homo, ad singula gratias agere:
nam jugiter sibi subvenire facit, qui impensum beneficium
ante oculos semper assistit. S. Ambr: l: 6: Hex: c: 4. Quis non
erubescat, gratiam bene de se merenti non referre, cum videat
etiam bestias refrigerare nomen ingrati? S. Chrys: ho: 28: sup:
Malth: Optima beneficiorum custos est ipsa memoria benefi-
ciorum, & perpetua confessio gratiarum, & in tr: de symb:
Admoneo vos, ut Dñum semper benedicatis. si venerint ma-
la, benedicite, & dissolventur mala; si prospera venerint,
benedicite, & perseverabunt bona & prospera. Cassiod: sup:
Ps: Meliora meretur suscipere, qui collata bona decore
non probatur amittere. S. Th: lect: s: in c: 1: ad Rom: Ad pri-
cipium, unde proveniunt beneficia revertuntur per gratia-
rum actiones, ut iterum fluant per beneficiorum exhibi-
tionem. S. Chrys: Nullum gratiarum actioni par bonum
quemadmodum blasphemia pejus nihil. Kemp: l: 2: c: 10.
Ideo non possunt in nobis bona gratia fluere, quia ingra-
ti sumus Auctori, nec totum refundimus fontali origini:

semper enim debetur gratia digne gratias referenti; & 207.
aufereatur ab elato, quod dari solet humili;

S. Pius V. P. M. cum Bergamo^{nochy} Mediolanum iret, a rusi-
co quodam receptus est hospitio, sed adeo tenuis respecti-
ve beneficii (etiam in majori faustu summi Pontificatus
advenendi) non immemor, cum inter tantum populum rusi-
ticum illum semel noctu visum recognovisset ingenti pecu-
nia summa, ejus & familiae pauperiem, miro gratitudinis
exemplo sublevavit. Jo. Rho l. 4. c. 8. n. 3.

Joannes Berckmans Soc. Jesu. suo in Philosophicis Profes-
sori, schedam ineunte fere mense in gratitudinis signum offe-
rebat orationibus & penitentis referam pro eo persolven-
dis. Vita

Alexander Magnus Brucephalo equo suo seni stabilem anno-
nam decrevit, ob obsequium in juventutis flore prestitum. Faber.
Rom. 13. post Pent.

Bruta ipsa miram suo modo exercent gratitudinem. Cum Scy-
tarum Equulus ab hoste occisus spoliaretur, equus ipsius
morsu & calcibus hunc interemit. Alius Brio interfecto vita
inedia finivit; alius lacrymas pra dolore fudit &c. Lux peccat.
l. 1. p. 1. c. 3.

Ultra tot exempla moveat nos Beneficiorum Dei mul-
titudine, magnitudo; nostra inde utilitas, ipsius gratitudi-
nis aequitas, ac Benefactoris infinitas: quorum omnium
consideratio nobis medium sit sectandae Gratitudinis. Motiva.

pro tot generibus totque particularibus acceptis Deo
beneficiis: nam: ^{Acti} Omne datum optimum de sursum est des-
cendens a Patre luminum, quod datur a nobis tot donorum
ratio. Luc. 16. Redde rationem villicationis tuae. Math. 25.
Redde quod debes, & qua mensura mensi fuerimus reme-
dietur nobis, Luc. 6. quia ut bene Seneca: Non est dignus

202. *bandis, qui non est gratis datus*

Auctores. Jac. Alvarez, Lib: Granat: in duce peccat: Bernardin:
Rosignolus, Lucas Pinellus, Petrus Sanchez, Buisens, &
Mansi &c **Titulus LXIV.**

Gula

significatio. Est inordinatus appetitus alimenti, ut si ante tempus,
nimis delicate, nimis avide, vel cum excessu quis comedat
aut bibat, vel comedere aut bibere similiter appetat.

ex scriptis. Rom: 13. Non in commensationibus & ebrietationibus &c
Ecl: 37. Non esse avidus in omni epulatione, & non te effin-
das super omnem escam. Ezech: 16. Ecce haec fuit iniquitas
Sodoma ... saturitas, Luc: 6. Uae vobis qui saturati estis,
quia esuritis, Prov: 21. Qui diligit epulas, in egestate erit,
qui amat vinum & pingua non bibabitur, Ecl: 37. In
multis escis erit infirmitas, aviditas appropinquabit us-
que ad choleram, Phil: 3. Multi ambulavit, quos saepe
dicebam vobis (nunc autem & stens dico) inimicos Crucis
Christi, quorum finis interitus, quorum Latus venter est,
Osee 13. juxta pasua sua adimpleti sunt & saturati sunt,
elevaverunt cornu suum, & obliti sunt mei, Judae 12. Hi sunt
in epulis suis macula, conviventes sine tempore, semet-
ipsos pascentes... quibus procella tenebrarum servata est
in aeternum,

ex Fabris S. Ambr: *Serm: de jejun: Male dicitur servitur gula, quae*
semper expetit, nunquam expletur. Quid enim insatiabi-
lis ventre? hodie suscipit, cras exigit, cum impletus
fuerit, disputatur de continentia, cum digesserit, vane
virtutibus dicitur. S. Greg: 6. 1. mor: *Sum corpus in re-*
flectionis delectatione resolvitur, cor ad inane gaudium
relaxatur. S. Isid: 1. 1. c. 41. *Nemo potest virtutum perfectio-*
nem.

nem attingere, nisi prius ventris edomuerit ingluuiem, ^{203.}
S. Chrysost: ho: 18. de Philipp: Ventrem accepisti, ut nutrias,
non ut disendas; ut illi domineris, non ut Dñm habeas. Non
tot malorum causa est mare supergressum, quot venter cor-
pori; S. Greg: p. 3. cura past: de mon: 20. Edacitas usque ad
luxuriam pertrahit quia dum satietate venter extenditur
oculi libidinis excitantur; S. Ant: p. 2. t. 6. cap: 1. Septem
dona spūs scti ex gula ruunt, quod figuratum fuit Job 1.
quando 7 filiis convivantibus in domo primogeniti, domus
perussa a vento niens oppressit omnes, figurant enim
iuxta Gregorium illi 7. filii dona spūs scti; Innoc: de
vit: cond: hum: Gula Paradisum clausit, primogenito
vendidit, suspendit pistorem, decollavit Baptistam &
S. Ambr: ser: de Cain & Abel. Plurimos gula sua occidit
nullum frugalitas; innumeris vinca nocuerunt, nulli par-
simonia; plerique inter epulas fudere animas & mensas
proprio repleverunt sanguine, S. Isid: de sum: bo: l. 2. c. 42.
Sicut omnes carnales cupiditates per abstinentiam rese-
cantur, ita omnes animæ virtutes edacitatis vitio destru-
untur; S. Greg: l. 31. mor: De ventris ingluvie inepta laci-
tia, scurrilitas immunditia, multiloquium, hebetudo sen-
sus circa intelligentiam propagantur; S. Chrysost: ho: 21.
Quod necessitatem in edendo excedit, id non alimentum,
sed pestis est, satietas morborum omnium origo.

B. Jacoponus, ut gulam domaret, absynthio quasi sa- ^{Exempla}
le utebatur, donec eo pervenit, ut saporem cibi in unum Deo
referret. Quondam ad appetitū bubulæ carnis vexatus, eam
quidem emit, sed tandem in cubiculo servavit donec putresceret,
& tum demum foetidam naso applicabat. Alapide in c. 11. Numer:
P.

204. S. Balthasar Alvarez, si melius quid ei apponēdatur,
mox alteri dabit. Cum aliquando unicum ovum haberet
in hospicio, etiam illud studio in terram cadere permisit, ut
se in illo exiguo cibo vinceret. vit. c. 4. § 1.

similia. Sunt namque Gulosi porcis similes, qui dum toti se
super cibum effundunt incauti maculantur, ut accidit di-
viti Epuloni, qui ea ipsa nocte, qua sibi ipsi dicebat: Co-
mede sibe, epulare, animam sibi repetentibus demoni-
bus (ut Syranus interpretatur) reddere coactus est, capius
quia vitio, ut pisces capiuntur sermo hamo; vendens pro
cibo eterna, & queque pretiosa (Thren. 1.) ut Esau sua pri-
mogenita pro lenticiulis; semper naufragio proximi qui-
losi ut naves nimis onusta, fœtidis refecti viciorum ver-
mibus, ut sterquilinum caro plenum, &c.

Notitia. Est gula vitium periculosissimum, turpissimum, no-
cerissimum, indignissimum, idololatricum, turbulentum
& scandalosum, inde que enixe fugiendum, nec non quia
confert Diabolo arma ad nos tentandos ac vincendos, ineq-
tos reddit ad spiritualia, morbos inducit, mortem accelerat
egestatem adducit, & mentem perturbat ac hebefacit. Quare

Medica. abstinence studendum ac mortificationi appetitum, &
memores Passionis Christi, ac imminentium inferni cibo-
rum, non quaramus hic delicata & dulcia, ut vitemus tot
amara subsequētia eterna, & satiemur cum apparuerit
Gloria Dei (Ps. 16) ubi inebriabimur ubertate domus eius,
& voluptatis torrente potabimur (Ps. 35) & pro brevī
victoria, erit satietas eterna (Apoc. 2.)

Auctores. Jo: Busæus, Jac: Alvarezus, Jac: Canisius, Bern: Rosi-
gnolus, Lud: Granatensis, Drexelius, Marchantius, Casian:
& Dubreman, Sanzinius, Faber, Stapleton, Marsi, &c.

Lit:

Hæresis

Est voluntarius & pertinax error in materia catho- Definitio
& distinctio.
lica fidei contrarius & Christiano commissus: quæ
culpabilis est. *Hæresis formalis* dicitur, & *materialis*
quæ fuerit inculpabilis.

2 Tim: 3. In indivisibilibus dicens instabant tempera pe- ex 3. Sicut.
riculosa, & erunt homines se ipsos amantes, cupidi, ela-
ti superbi, proditores, prætervi, habentes specie re-
pudiationis, virtutem autem ejus abnegantes, nunquam
ad scientiam veritatis pervenientes. Tit: 3. Hæreticam
hominem post unam & secundam correctionem devota,
sciens quia subversus est, qui ejusmodi est & delinquit,
cum sit proprio iudicio condemnatus. 1 Jo: 3. Charissimi
nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex
Deo sunt, quoniam multi pseudo prophete extiterunt
in mundum. Deut: 13. Si surrexerit in medio tui pro-
pheta, & dixerit tibi: eamus & sequamur Deos alienos,
quos ignoras, & serviamus eis, non audies verba prophete
illius. 2 Tim: 2. Sermo eorum ut cancer (seu gangre-
na) serpit.

S. Aug: narrat in Ps: 39. Persecutor paganus aperte sa- ex Bernus.
vit ut leo, Hæreticus insidiatur ut Draco; ille cogit
negare Christum, iste docet; ille ingerit violentias, iste
insidias; adversus illum opus est patientia, adversus
hunc opus est vigilantia. S. Bern: ser: 33. in Cant: Olim
predictum est & nunc tempus adimpletionis advenit:
Ecce in pace amaritudo mea amarissima: Amara prius
in nece martyrum, amarior post in confictu hæreticorum.

206. amarissima nunc in moribus domesticorum. intestina
 & insanabilis est plaga Ecclesiae, & inde in pace amaritudo
 amarissima. Vincent: Lyrin: in c. 20. Act: Qui sunt lupi
 rapaces, nisi haeretici, feri & rabidi, qui caulas Ecclesiae
 semper infestant, & gregem Christi quaque possunt dilace-
 rant? S. Aug: l. 3. contra Faust: c. 12. Ut fallacius incantibus
 ovibus obrepant, lupinam deponunt speciem, & sese divi-
 nae legis sententiis, velut quibusdam velleribus obvolvunt,
 ut cum quisque lanarum molliem persenserit, nequa-
 quam aculeos dentium pertimescat, S. Greg: l. 5. mor: c. 11.
 Miscent recta perversis, ut ostendendo bona, auditores
 ad se pertrahant: & exhibendo mala, latenti peste corrumpant,
 S. Cypr: l. 1. ep: 3. ad Cornel: Nulla cum talibus com-
 mercia, nulla colloquia, nulla convivium misceantur, simul
 que ab eis tam separati quam illi sunt ab Ecclesia profu-
 gi, S. Leo ep: 93. c. 15. Quamvis sint in haeticorum scrip-
 tis quaedam, quae videantur eruditionis & pietatis spe-
 ciem habere, nunquam tamen vacua sunt venenis.

Exempla. Abbas Agathon alias passus calumnias, cum de
 de haeresi calumniaretur se defendit, dicens quia, dice-
 bat, alia crimina. saltem adhuc per fidem unicum Leo
 hominem relinquunt, & plerumque infirmitatis sunt:
 haeresis autem est pertinacia & malicia nota, eamq:
 ex toto dissolvit unionem. Evagrius in vit: l. 3. c. 20.

Abbas Cosmas cum juxta sepulchrum haeretici se-
 pulchris esset, saepe clamare auditus est: Noli me tangere,
 noli mihi a propinquare inimice Ecclesiae. S. Hier:
 Sophron: in Prae: spir: c. 40.

Similia. Sunt haeretici velut piratae, qui in oculis scopu-
 lis

lis maris lumen accendunt ut navigantes ad nau²⁰⁷.
fragia perditionis sub spe salutis oblinenda perducant
sunt sicut Hydra, quæ licet saepe recisa, semper re-
pullulat, sicut serpens Evam decipiens promittendo
quæ non habent, sicut membra a suo corpore pra-
eisa, quia hæresis, ut peccatis semper crescit serpendo, ut
parva scintilla magnum excitat incendium, sicut
venenum dulcedine temperatum fallit, sicut spina
vndique acuta pungit, & sicut camelus etsi non bi-
bat, aquas turbat, sic ipsa etsi non vincat, popu-
los perturbat.

Hinc detestanda hæresis & quidquid illam sapiat, *Motiva.*
quia vitium gravissimum, pestiferum, perniciosissimum
inerrimum, tristissimum, stultissimum, & curatu di-
ficillimum, cuius radix superbia, finis luxuria,
& vitia omnia. Unde hæreticis dicitur illud Matth: 23.
Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis à
venhura ira, & c. 2. a fructibus eorum cognoscetis
eos, illi sunt vulpes illæ parvulæ quæ demoluntur
vineas Cant: 2., & non intrant per ostium in ovile, sed
ascendunt aliunde ut fur & latro, Jac: 10. Accendunt
lucernam & evertunt domum, Luc: 17. a quorum fer-
mento cavendum est. Matth: 16, & persistendum si-
cut liliam inter spinas, Cant: 2. adherendo firmiter
Catholica Ecclesia, adversus quam portæ inferi non
prevalebunt, Matth: 16.

Marchant, Busens, Pet: Canistius, Lontreman, Dadræus, *Auctores.*
Faber, Stapleton, Pet: Bessans, Georg: Scherer, &c. Tit:


Titulus LXVI.

Historia

Opportunius cum nostro Exemplari dicemus infra
in Appendiculo Finali pagina 497.

Titulus LXVII.

Momo.

 Hic quoque in Prototypo non nihil inversam repe-
rio servatam hucusque methodum, ut curiosis & Phy-
sica & Anathomica artis immoretur reflexionibus;
quas etsi mihi hic adnotandas non duxi, multa tamen
qua interdum attingit ad finem nostrum facientia, non
est animus pratermittere omnia, que sub sequenti-
bus §. breviter complectar -

§. I. De partibus Corporis Humani

Caput homini erectum datum est, ut ad caelestia
creatum se meminerit, juxta illud Ovidii

{ Fronaque cum spectent animalia caetera terram }
{ Os homini sublime dedit caelum que tueri }
{ jussit, & erectos ad sidera tendere vultus }

in capite sunt omnes sensus, quia in eo est cerebrum
a quo omnes dependent, in eo nascuntur capilli ex ter-
reo halitu excrementoso & crasso, fuliginoso & adusto
haerente in cute, est autem cerebrum substantia alba
& mollis humida & frigida, quae & anteriorem & pos-
teriolem Capitis superioris partem occupat. in Capite
sunt os, lingua, aures, oculi, nares, in ore dentes &
quorum usus satis notus, & mystice applicandus jux-
ta dicta vel dicenda Verbis conducenibus

Ad Caput sequitur Collum, dein Thorax usq: 209.
ad ventrem; in thorace pulmones sunt in quorum
medio cor existit ceteris partibus sanguinem minis-
trans; Thoracis pars anterior Pectus, posterior Dor-
sum dicitur; collaterales Brachia cum manibus, &
quæ digitis cum suis unguibus constant. Venter ex-
tenditur a thorace ad femora; in ejus superior i-
parte stomachus residet rotundus, defluens ad in-
testina per viros Ductus & circuitus

Post hæc femora sequuntur genua, Crura, pedes
cum suis quaque partibus ac dependentiis. Atque
universim in humani Corporis structura maxime
elucet Divini Opificis dexteritas & potentia, quæ
illud ita ordinate disposuit, & tot interse unitis
& ab invicem pendentibus composuit partibus, quas
carne junxit, cute ac cuticulis involvit, ossibus ner-
vis, venis, musculis, & arteriis compegit; sanguine
ac ceteris humoribus aluit, variis que ex omni par-
te decoravit ornamentis, & miris ad vitam con-
sistentibus organis

§. II. De Accidentibus humani Corporis

Accidentia hæc sunt, ea differentia quam videmus tum
inter proportionem partium ejusdem corporis, tum etiã
inter partes unius ab altero corpore, ut quod hic homo
altior illo sit, formosior, similior, dissimilior, fortior
ingeniosior, ad hos vel illos affectus proclivior
hæc veniunt hominis accidentales proprietates, ut
fletus cum lacrymis, Risus, somnia, sternutatio, Sin-
gultus

210. gultus, ascitatio, Sympathia cum alio, vel Antipatia,
somnia, memoria &c. quæ omnia dum exerceantur
varias excitant corporis partium commotiones, alte-
rationes, humorum revolutiones, unde & vari & mira-
biles in corpore effectus.

Quia verò ea omnes partes, accidentia, proprietates
& effectus omnino emortua, imo & inutilia forent si
non animarentur, infusa est humano corpori anima,
vegetativa, ad incrementum, sensitiva ad passiones
actiones & motum, ac rationalis ad discursum &
intellectionem, cuius tres sunt potentie. Memoria
ad recordationem, intellectus ad cognitionem, & vo-
luntas ad volitionem.

Tres quoque advertendæ sunt hominis ætates præ-
cipuæ, scilicet Juventutis, Juventutis, & Senectutis; at-
que hominis finis temporalis est Mors, spiritualis
sive in intentione Deus ipse qui illius & omnium
principium est creaturarum.

Atque hæc sunt, quæ ex longo hoc Titulo unice
mihi excerpenda iudicavi, ex quibus de miranda est
Dei Potentia, providentia, & reliquæ perfectiones homi-
nem respicientes; item ipsius Hominis Dignitas, per-
fectio, & armoniosa dispositio, ut Artiforem ex opere
laudemus, mirabilem predicemus, & beneficium amato-
rum grati redamemus sicque finem nostrum, ei ser-
viendo, assequamur vitam æternam.



HONOR.

Eum S. Thomas 2-2 q. 103. a. 1. ad 2. Definivit testifica-
tionem excellentiæ alterius, ubi satis à fama distingui-
tur quæ in sola opinione stat, & a laude, quæ solètur
per verba habetur. Dividitur in Divinum, quæ so-
lè tribuitur Deo, est que græco verbo Latrìa, & Huma-
num qui deferitur creditur is capacibus

Eccl: 31. Sapiens in populo hereditabit honorem, & nomen ex Scriptura.

illius erit vivens in æternum, Eccl: 10. Magnus, iudex, &
potens est in honore, & non est major illo, qui timet Deum,

Semen hominum honorabitur hoc quod timet Deum, se-
men autem hoc exhorabitur quod præterit mandata Dñi

1. Reg: 2. Quicumque honorificaverit me (dicit Dñus)
glorificabo eum: qui autem contemnunt me erunt igno-
biles, Luc: 10. Capharnaum usque ad caelum exaltata
usque ad infernum demergèris,

S. Chrys: de repar: lapsi. Honor verus virtus animi est ex Platōis.
hic honor nec a Cæsaribus præstatur, nec adulatione
conquiritur, nec pecunia preparatur, S. Th: 2-2 q. 103.

a. 1. Inter res exteriores simpliciter & absolute maxi-
mum est honor, ob quem assequendum homines & vitu-
perium vitandum, alia omnia postponunt, S. Isid: Pel:
4. ep: 16. Reddendus est honor ei, qui honore dignus est

& ita quidem, ut nec adulationem adhibeamus, sed cū
decoro conveniente id quod decet, unicuique tribuen-
dum est, S. Bern: in Cant: Qui de amore non venit
honor, non honor, sed adulatio est. Quæ autem est si-
ne virtute gloria, indebite venit, propter affectatur,

periculose captatur, S. Greg. in Registro. Cum allevatur desinitur, qui honoribus proficit, & moribus cadit, Kemp: l. 3. c. 40. *Omnis honor temporalis, omnis altitudo mundana, aeternae gloriae comparata, vanitas est, & stultitia.*

Exempla. S. Malachias ad unus Archiepiscopale vocatus, omnibus modis recusavit, anathema verò, ni pareat, minitantiòs tandem acceptavit dicens: ad mortem me ducitis, sed obedio spe martyrii. S. Sur: to. 6. in vit.

Cardinalis Lugo, cum ad purpuram cogerebatur, in deliquium præ dolore incidit, & reversus exclamavit: Misere mei, quia manus Dñi tetigit me. Arriaga l. 2. to. 4.

Similia. & verò honor rite assimilatur Flori, qui collectus statim marcescit, umbra quæ illicò evanescit; fumo qui statim dissolvitur, scintilla quæ citò extinguitur.

Auctores. Engelgrave, Beyrlinck. Granatensis, Lancizius, Langius, &c.

Titulus LXIX.

Humilitas

Definitio.

Variè à variis definitur, sed admodum aridet hæc S. Laur: just: de ea explicatio, quam tradit tract: de ha mil: c. 1. *Humilitas est virtus, qua homo verissima sui cognitione sibi ipsi vilescit, alia est cognitionis, qua quis hanc suam vilitatem sincerè agnoscit, alia affectus, qua & ab alii despici appetit, alia quoad Deum, dum ab ipso omnia accepisse, & de se nihil habere quis proficitur, & alia quoad homines, se omnium vilissimum estimando, & omnibus se subjiciendo.*

Gradus. Humilitatis gradus juxta varios sunt sequentes: se

Se ipsum despiciere, sibi diffidere, se omnium minimū
 reputare, se divinis donis indignum iudicare, nolle lau-
 dari aut honorari. cupere ab aliis contemni, proprios
 defectus libenter detegere, Deo se in omnibus subijcere,
 proximo etiam se subdere, objecta officia appetere, &
 prudenter exercere, se ad omnia inutilem credere, ac
 silentium in confusionibus, accusationibus, & increpationi-
 bus servare. Qui omnes gradus ad hos tres bene re-
 ducuntur, quos assignat S. Bonaventura pro c. 6. Reg.
 c. 22. Primus est, obiecte de se sentire; 2^{us} amare nes-
 ci, & pro nihilo reputari. 3^{us} omnia omnino accepta
 Deo referre: ita apud Alphons. Roderic. p. 2. tr. 3.
 de Humilitate

Ps: 21. Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium
 hominum & abjectio plebis; 2. Reg: 6. Ludam (ait David
 ad Michol) & vilior fiam plus, quam factus sum, & ero
 humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locuta
 es gloriosior apparebo; 1. Cor: 4. Nos stulti propter
 Christum --- infirmi --- ignobiles --- Tanquam purgamen-
 ta huius mundi facti sumus omnium peripsema usque
 adhuc; 1. Pet: 5. Omnes autem invicem humilitatem
 insinuate, quia Deus superbis resistit. &c. Eccl: 7. Humilia
 valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impii
 ignis & vermis; Prov: 11. Vbi est humilitas, ibi & sapien-
 tia; Jac: 4. Humiliamini in conspectu Dei, & exalta-
 bit vos; Prov: 29. Superbum sequitur humilitas, & humi-
 lem spiritu suscipiet gloria; Eccl: 11. Sapiencia humiliati
 exaltabit caput illius, & in medio magnatum conside-
 re eum faciet.

Deo hac materia plures textus, & auctoritates de-
 oimus

dimusⁱⁿ nostro Tomulo 1. precipue Rom: 10. Post Pentec:
ad verba illa Luc: 14. Omnis qui se exaltat, humiliabi-
tur: & qui se humiliat, exaltabitur.

ex Patribus. S. Greg: in Mor: in cunctis se despicit, qui in suis oculis
esse humilem profiteatur, item: Electi, ne inuitè curventur
in morte, sponte curvantur in humilitate, itemque: Mag-
nus unusquisque esse studeat, sed tamen alieno modo
esse se nesciat, ne dum sibi magnitudinem arroganter
tribuit, amittat. S. Ambr: in Ps: 37. Iustus accusatus
tacet, laesus remittit, dissimulat lacessitus, S. Bern: ser: 61.
in parv: Aurora, quæ fugat tenebras, lucem nunciat,
merito humilitatem designat, quia sicut illa diem &
noctem, ita ista dividit iustum & peccatorem, ab hu-
militate iustus quisque incipit & inde proficit: unde
etiam aurora, consurgens dicitur, ut videlicet virtutum
structura surgens ab humilitate, tanquam proprio
fundamento erigatur, S. Alb: Magn: ser: in Do: 3. Adv:
Humilitas est oculus animæ, per quam homo condi-
tionem suam, ac statum suum verissimè recognoscit,
S. Bonav: Orat: 2. de Confess: Humilitas est omnis nostræ
virtutis & operationis fortificativa, & omnis spiritalis ro-
boris augmentativa, quia ponit omnes vires nostras, ac
operationes super solidum fundamentum, S. Bern: ep: 41.
Si amittitur humilitas, virtutum aggregatio non nisi rui-
na est, S. Aug: sup: Joan: Excelsa est patria, humilis
est via: ergo qui querit patriam, quid recusat viam?
S. Bern: ser: de convers: ad Cler: c. 30. Nichil humilibus ar-
duum reperitur, quibus & gratia fert auxilium, & obe-
dientiæ devotio lenit imperium, S. Leo ser: 7. de Epiph:
Tota victoria Salvatoris, quæ & diabolum superavit,
&

& mundum, humilitate est concepta, humilitate est ²¹⁵
 confecta; S. Climac: grad: 25. Sacra est biga, charitas
 atque humilitas; quippe illa exaltat, hæc exaltatos ne
 unquam decidant, continet; S. Bonav: in Dieta lit: 7.
 Humilitas est brevis scala, si vis ascendere, brevis sch
 schola, si vis addiscere, brevis via, si vis incedere: est
 enim compendium totius iustitiæ; Guerric: Abb: serm: 3.
 de Assumpt: O humilitas angusta tibi, ampla Divini
 tati; pauper & insufficiens tibi, sufficiens ei quem non
 capit orbis: super quem, inquit, requiescam, nisi super
 humilem? in omnibus requiem grasivi, sed apud hu
 milem ancillam inveni; S. Nilus Orat: 16. Lapis pre
 ciosus in annulo aureo decorus est, & in virtutum
 corona inserta humilitas excellit; S. Aug: de verb: 2. ni.
 Omnes delectat celsitudo, sed humilitas gradus est. Quid
 tendis pedem ultra te? cadere vis, non ascendere; a gra
 du incipe, & ascendisti; Kemp: L: 2: c: 3. Non reputes te
 aliquid profecisse, nisi omnibus inferiorem te esse sentias
 & c: 2. Humilem Deus protegit & liberat; humilem dili
 git & consolatur, humili homini se inclinatur; humili lar
 gitur gratiam magnam, & post eius depressionem levat
 ad gloriam; humili sua secreta revelat, ad se dulciter tra
 hit & invitat.

Plura Patrum dicta retulimus to: 1. cit: ~
 Tot huius virtutis nobis relicta sunt a Sanctis exem- ^{æ talia}
 pla, ut quæ pro excellentioribus seligam huc appo-
 nera, difficile admodum videatur: hinc pro illustri ^{Exempla}
 ratione sequentia pauca, sine speciali electione ad
 duco.
 S. Clara sanè ab omnibus virtutibus præclarissima,

suis monialibus de se sapius abjectissime loquebatur, ut se omnium creaturarum iniquissimam esse persuaderet: quod frustra tentans tum apud ipsas, tum apud suos confessorios, a quibus palam sancta predicabatur, adeo hac re afflicta, confessorios saepe mutavit, an forte aliquem reperiret, a quo profecto terra haberetur. vit. p. 2. c. 7.

Gallianus Constantini Augusti Genero prius Romani Ducis exercitus, omnibus amore Christi contemptis, in Monasterio servi officio functus est, pauperum pedes lavabat, pavimenta verrebat. Terent. in part. 35. Joan. & Paul. 2.

Constantinus Presbiter in contemptoris amplexus involavit, eumque amanter exosculatus dixit, neminem hactenus veriora de se locutum. Persequitur Aug. diff. 1. 9. 1-2

Humilis Monachus a puella obsessa colaphum accipiens, cum alteram maxillam percutiendam offerret, demonem fugavit. Spec. Ex. diff. 2. Ex. 100.

P. Bernardus Colnaeus de Soc. Jesu. Neapoli publicus Theologiae Professor, postquam cum facultate superiorum vestem centonibus consutam per primarias vrbis plateas portavit, ideoque ab aliquibus in insaniam cecidisse iudicatus ut optabat, sed a Deo copiosissimis donis honoratus est. Saneio. Opusc. 8.

similia.

Bene ergo Humilitatem respectu ad alias virtutes comparaveris Radici, fundamento, basi, gemmae pretiosissima, munimenta, custodi, ornamento, Soli profulgenti, ponderi machinam armonicam agentanti, mina thesaurum concludenti, animae membra vivificant, Arioni pinguis fructificant, ac via securae ad felicitatem perducanti, Vexilloque simul ac clypeo victoriam

insianem importanti 9

Ad eam sectandam, moveat Christi & exemplum, & Moliva.
 folies insinuatum præceptum; item & ipsius virtutis ne-
 cessitas, utilitas, dignitas, æquitas, iucunditas, & facilitas.
 item & cuiusvis ejus gradus hereticitas, gloria, meritum,
 & præmium: quoniam consideratio simul cum eorum
 graduum praxi, mirum est immo & unicum pro ea ass- Mediz.
 quenda medium: praxi, inquam, non ficta, coacta,
 aut pure externa; sed sincera, spontanea, consians,
 & internis actibus decorata, ut verbo, opere, & cofee-
 sit perfecta humilitas nostra, sic que in supremam
 in Calis sublimitatem commutanda 9

Jac: Alvarez, Alphons: Rodriguez, Theophilus Bernar- Auctores.
 dinus, Lud: Richeomus, Euseb: Nieremberginus in Ascectis
 joan: Busæus, Hierem: Drexelius, Pet: Sanchez, Philip:
 D'Outreman, Hugo Rohl in Via regia &c

Titulus LXX.

Hyperdulia Mariana 9

Quamvis non pauca respectivè in primo nostro
 Tomulo paraverimus pro Concioniõis Marianis, non
 tamen, fert affectus, præfixum Titulum, non prosequi,
 neque enim, in hoc puncto satis unquam dici valet, ne-
 que pluries repetita, displicere debent: Dicamus ergo a-
 liqua visitata nunc methodo 9

Est Hyperdulia cultus quidam superior, qui B. Virgi- Dignitas
 ni propter suam supra alios sanctos excellentiam debe-
 tur. Ejus actus sunt: Amor tantæ Virginis tam affecti- Actus.
 vus, quam effectivus seu operativus; Reverentia inter-
 na & externa; Filialis Fiducia, imitatio, ac ejusdem
 Cultus propagatio 9

Materias Dei. Maria Mater Christi: Joan: 2. Erat Mater Jesu ibi,
 Luc: 1. Unde hoc mihi, ut veniat mater dñi mei ad me,
 Math: 2. Surge & accipe puerum, cum Maria Matre ejus,
 Joan: 19. Stabat juxta Crucem Jesu Mater ejus,

Virginitas. Maria Virgo: Math: 1. inventa est in utero habens de Spi-
 ritu Sancto, Isa: 7. Ecce Virgo concipiet & pariet filium,
 Ezech: 44. Porta hæc clausa erit, & vir non transibit per
 eam, quoniam dñs Deus israel ingressus est per eam,
 Cant: 4. Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus con-
 clusus, & fons signatus,

Nomen. Maria Nomen: Math: 1. Jacob autem genuit Joseph virum
 Maria, Luc: 1. & nomen Virginitis Maria, Apoc: 3. Qui
 vicerit, ... scribam super eum nomen Dei mei, & nomen Ci-
 vitatis Dei mei novæ Jerusalem, quæ descendit de celo
 a Deo meo,

Pænit. Maria Dolorosa: Thren: 2. Qui domi assimilabo te, fi-
 lia Jerusalem? ... magna est enim velut mare contritio
 tua, quis medebitur tui? Ruth: 1. Ne vocetis me Noemi
 (seu pulchram) sed vocate me Maria (seu amaram) quia
 amaritudine valde me replevit omnipotens, Zach: 12. In
 illa die aspicient ad me, quem confixerunt, & plangent
 eum planctu quasi super unigenitum,

Conceptio. Maria immaculata. Cant: 4. Tota pulchra es amica mea
 & macula non est in te, Esther 15. Noli metuere non
 morieris: non enim pro te sed pro omnibus hæc lex cons-
 tituta est, Prov: 8. Nondum erant abyssi, & ego jam
 concepta eram, Ps: 92. Domum tuam decet sanctifican-
 do dñe, in longitudinem dierum,

Cultus. Maria Amanda, Veneranda, invocanda: Eccl: 24. In me
 gratia omnis vite & veritatis, in me omnis spes vite
 & virtutis: spiritus meus super mei dilectis, Prov: 8. Ego
 diligentes me diligo, & t. 31. Multæ filiae conque
 gaventur

quaverunt divitias; tu supergressa es universas, *ps. 80.*
Fundamenta eius in montibus sanctis, Eccl. 24. in omni
populo, & in omni gente primatum habuit, Judith: 13.
in omni gente, quae audierit nomen tuum, magnificabi-
tur super te Deus Israel, 3. Reg: 2. Positusque est thronus
Maab: Reg: 15, quae sedet ad dexteram eius; -- Pete Mater
mea; neque enim fas est, ut avertam faciem tuam, Ju-
dith: 15. Benedixit te Deus in virtute sua, quia per te
ad nihilum redegit inimicos nostros, Cant: 4. Mille dy-
pei pendent ex ea, omnis armatura fortium, ~

S. Bonav. in Spec: Virg: c. 8. O celeberrimum nomen *ex Publicis.*
Maria, quod etiam devote nominari non potest sine no-
minantis utilitate, & apud ipsum S. Bern: O multum lau-
dabilis Maria, tu nec nominari potes, quin accendas, nec
cogitari quidem, quin recrees affectus diligentium te,
S. Pet: Dam: ser: de Nat: Virg: Cum Deus in aliis rebus sit
tribus modis, in Virgine fuit quarto speciali modo, sci-
licet per identitatem, quia idem est quod ipsa, S. Chrysost:
ser: 142. Virgo, concipitur ex te auctor tuus, tua ex te
oritur origo, in tuo germine est genitor tuus, & in tua
carne est Deus tuus, Vignerius in Luc: 2. Licet filium
unicum Virgo in sanctissimo utero genuerit, in eo ta-
men spiritualiter facta est mater multitudinis filiorum,
quorum Christus est primogenitus, Origenes in Matth: 15.
Arbitror consentaneum rationi esse, virilis quidem pu-
eritatis primitias in castitate fuisse Jesum, muliebris vero
Mariam, S. Ansel: de exord: hu: salut: Si Deus castaneae
confert, ut intra spinas a spinis remota concipiat, alatur
& formetur, non potuit hoc Dei Filius facere Matri suae?
plane potuit, voluit, & fecit, S. Laur: just: 1. de triumph: Chri-
ti

220. *Et agone: Cor Mariæ clarissimum Passionis speculum,
& perfecta mortis imago effecta est; Arnol: Carnol: deland: V.
Omnino tunc erat vna Christi & Mariæ voluntas, unum
que holocaustum ambo pariter offerebant Deo; hæc in
sanguine cordis, ille in sanguine carnis, s. Ansel: l. de ex-
cell: Virg: c. 2. Hoc solum, quod Dei Mater est, excedit om-
nem altitudinem, quæ post Deum dici vel cogitari potest;
s. Bern: ser: in Nat: Virg: Merito in te, Virgo, respiciunt
oculi totius creaturæ, quia in te, per te, & de te benigna
manus Omnipotentis, quidquid creavit, recreavit; & de-
in signum magnum: Sintem misericordiam suam Maria
omnibus aperit, ut de plenitudine ejus accipiant univer-
si, captivus redemptionem, æger curationem, tristis con-
solationem, justus gratiam, Angulus lætitiã, tota Tri-
nitas gloriam, & denique Persona Filii Dei carnis subitan-
tiam; s. Ignat: Martyr: Nunquam male peribit, qui Ge-
nitrici Virgini devotus sedulus que extiterit. impossibile
est aliquem posse salvari peccatorem, nisi per tuum, o
Virgo, auxilium & favorem; B. Eulychian: in vit: s. Theoph:
Quis unquam, o Beata, fideliter omnipotentem tuam ro-
gavit opem, & fuit derelictus? revera nullus unquam;
s. Bonav: in Spec: Quia mirum, quod præ aliis est dilecta,
quæ præ omnibus aliis est delecta? s. Hieron: de Assump:
Igitur, dilectissimi, amate Mariam, quam colitis; colite,
quam amatis; quia tum verè colitis & amatis, si imitari
velitis ex toto corde, quam amatis; s. Bern: sup: Saive Reg:
Agnoscit Virgo & diligit diligentes se, & prope est invocan-
tibus se, præsertim iis, quos videt conformes sibi factos in cas-
titate & humilitate; nam, ut habet s. Idef: serm: 1. de Assumpt:
Vera laudatio cordis, imitatio est operis;*

S. Odilo, quoties Maria nomen ardebat, perinde ac ²²⁷
ad illa Verba Misæ: Et Verbum caro factum est, gemiscere-
bat. *Pistorius in Maire cōmunicat. 1. 4. 5.*
Exempla.

S. Teresa, singulis annis B. Virginis imaginem, in sede
Priorissæ collocabat, ei que claves in manus tradens, hoc
ritu publice illam pro Maire & Preside Monasterii decia-
rabat. *idem Conc. 3. 4. 3.*

Beatus Agidius cum quidam celebris Doctor cum ipso de
virginitate seiparæ, collaturus accessisset, ex Divino ins-
tinctu, ante quam Doctor verbum proferret, ter baculo ter-
ram pulsans dixit: Virgo ante, in, & post partum, & mox ad
singulas percussiones altum è terra prodit. *Sup. in vit. 1. 3. 9.*

Althus quidam Ordinis Minorum, cum Tolosa in Cathedra
Maria Conceptionem immaculatam oppugnaret, imago mar-
morea vulum cum indignatione avertit (quo situ etiam nū
videtur) ipse autem cæcus factus, post penitentiam visum
recuperavit. *Boireus in Corona triplia Et. 1. c. 2. 2. & stellarium 9. 1.*

Homo quidam, qui ultra annos 60. pacto cum damone
inito horrendis transegerat sceleribus, in fine tamen con-
tritionis eliciendæ gratiam obtinuit; quod, quoties dolorum
B. Virginis recordabatur, teneram cum ea compassionē
elicierit. *S. Brigitta 1. 6. Revel. c. 97.*

Adolescens quidam graviter decumbens & in hæresi per-
tinax, cum tandem persuaderi se scivisset, ut se B. Virgini
commendaret, mox caelesti luce perfusus, confessionem pere-
git, & ejurata hæresi, reliquis Sacramentis instructus feliciter
è vita migravit. *Morus in Monit. c. 1. n. 7.*

Hermannus Contrachus, Auctor Antiphonæ Salve regina, Jte
Ruperthi Tiliensis Abbas, & D. Albertus Mag. etsi rudi essent
ingenio, ope tamen implorata B. Virginitis tantam ut
miramur Divinarum atque humanarum rerum scientiæ
sunt adepti. *Padag. Christ. p. 2. c. 26. §. 2. n. 3.* Lid:

Ludovicus XI. semper in pileo iconem S. Virginis circum-
ferrebat, pluris eam faciens quam omnes regni adamantis
& gemmas. idem fecit Ludovicus Pius Imperator & Rex
Gallia, iconem talem seu solus, seu in venatione esset, pro
facella habens, flexis que coram ea genibus precari so-
litis. Parad: Hieroph: c. 2. exercit: 4.

Ferdinandus II. adeo S. Virginem amabat, ut nulla eius
Sodalitas in Ungaria, Bohemia, Carinthia, Styria, Carnio-
la fuerit, in cuius Album nomen suum non reliquerit. vit. 17.

S. Thomas Canuariensis omni die Sabbati ciliicium ges-
tabat, quod adeo placuit S. Virgini, ut eum quodam die
in eodem reficiendo iuvarot. S. Antonin: p. 4. tit. 12. c. 2. §. 2.

S. Gerardus primus Ungariae Martyr, nomen S. Virg.
interponenti nihil unquam negabat: hac clave ejus mens
& arca omnibus patebat. Paradis: apert: c. 3. ex: 7.

P. Martinus Gutierrez Deiparam expanso pallio Uni-
versam Jesu Societatem comprehendere, & magno affectu
fovere vidit. Hier: Platus l. 1. de Bonis sub: Tit. 1. 34.

Similia. Merito Maria comparatur Soli, Lunae, astris, Auro-
re, Lilio inter spinas, aliis floribus odoriferis, gemmis
pretiosis, auro mundissimo, speculo clarissimo, igni
ardentissimo, Chrystallo purissimo, mari abundantis-
simo, oleo & unguento salutifero, balsamo fragrantis-
simo. Jurè que vocatur omnium Mater, Regina, Sa-
lus, refugium, læticia, Lux, Advocata, Admiratio,
& Exemplar: Unde erienda sunt & motiva & mèdia
ad eam amandam, colendam, invocandam, & imitan-
dam.

Memoria
& memoria.

Abs re non erit huc inducere quaedam concionaloria
themata seu prædicabiles conceptus pro præcipuis S.
Marice festis. Hinc brevissimè tamen, id exequamur.

In Conceptione = Concordare Verba Matth: 1. Liber ^{223.}
Generacionis Iesu-Christi, cum illis Gen: 3. ipsa conte- ^{Conceptio.}
ret caput tuum, 1. Maria quia Liber generacionis Chris-
ti, inimica serpentis. 2. Maria generando Christum ser-
pentem interemit. 3. Conceptio Maria Eva ex toto op-
posita

In Nativitate = eadem concordare cum illo Cant: 6. ^{Nativitas.}
Qua est ista qua progreditur quasi Aurora consurgens,
1. Aurora in libro titulus est caetera prae-nuncians. sicut
Maria titulus est eius Nativitas Solis iustitiae ortum
proximum indicans. 2. ut Liber ignorantiam, ut Auro-
ra fugat tenebras. 3. ut Liber & aurora instruit &
recreat

In Praesentatione = Beati qui audiant verbum Dei, ^{Praesentatio.}
cum illo Ps: Meditabor ut Columba. 1. Maria compa-
retur Columba. 2. Audire simul & meditari Divina
ostendatur. 3. gemendo ut columba promeruit incar-
nationis alacritatem

In Annunciatione = Ecce Ancilla Dni. Luc: 1. cum illo. ^{Annunciatio.}
Cant: 2. Vox turturis audita est in terra nostra, 1. Si-
cut turtur prae-nunciat aestatem, sic Maria per illa ver-
ba Redemptionem nostram. 2. Sicut turtur solitudinis
amans in montium cacumine nidificat, sic Maria de
solitudine in summum evehitur apicem. 3. Quae se adeo
humiliabat, adeo & ideo exaltatur

In Visitatione = occasione verborum: Intravit ^{Visitatio.}
in domum Zachariae, ponderans triplex fructus huius
visitationis: 1. in Zacharia, 2. in Elizabeth, 3. in Joanne:
item & cuiusvis Mariae visitationis erga nos 1. ante

224. mortem protegendo; 2. in morte adjuvando; 3. post mortem in purgatorio refrigerando ac liberando.

Purificatio. In Purificatione = Luc: 2. impleti sunt dies purgationis Mariae, cum illo Luc: 1. Beata quae credidisti, 1. credidit humiliter, 2. Obedienter, 3. effective.

Dolores. In Doloribus = Ioan: 19. Mulier ecce filius tuus, cum eo Ps: Dereliquit me virtus mea & lumen oculorum meorum, 1. Maria. filium amisit naturalem & adoptivum suscipit. 2. Constituitur Mater hominum. 3. Anima illius ut mare procellosum tempestatem patitur insolitudine.

Assumptio. In Assumptione, = Maria optimam partem elegit, Luc: 20. cum illo Apoc: 10. signum magnum apparuit in caelo: Mulier scilicet, 1. Maria optima pars est sublemtus a Christo locus in caelo, ubi sole iustitia amicta refulget. 2. Lunam seu creatura omnia sub pedibus habere ut omnium Reginam. 3. Coronam sibi speculium 12. privilegiorum coronari quae sunt: eius praedestinatio, Conceptio, Virginitas, Maternitas, facultas, Graviditas sine gravamine, partus sine dolore, conversatio in terris cum ipso Deo, Martyrium, obitus, Assumptio, & Coronatio.

Atque haec pauca, hic sufficiant, quibus amplificationis abunde, etsi nunquam pro dignitate. Cuius Marianus propagari poterit, si ipsa voces dederit, & nos ipsam laudare dignata fuerit, virtutem contra hostes suos donando, & cordiales affectus cum pietatis zelo conferendo, ut per ipsam omnes ad aeternam Dei possessionem via deveniamus.

Pet:

Pet: Canisius, Ant: Spinellus, Franc: Arias de Jmit: B.V. 225.
Euseb: Hieremberg: de Amore Seipara, Maximil: Sandeus ^{Auctores.}
in Gemma Mystica, Franc: de la Croix in Hortulo Marian:
Paulus Barry in Paradiso aperto, D'Outreman, Drexel;
Nadasi, & Titulus LXXI.

Hypocrisis

Est simulatio, qua quis se justum simulat, vel justio- ^{Definitio.}
rem, quam sit. Potest esse vel interna vel externa, ut ^{& distinctio.}
dividit Stapletonius (Rom: 7. post Pent:). 1^a est qua ex actibus
virtutis talis humana libenter captatur. 2^a vero qua so-
la rectitudo exterior servatur internam justitiam neglecta.

Luc: 11. Attendite à fermento Pharisaeorum, quod est ^{ex script:}
hypocrisis. Marc: 7. Populus hic labiis me honorat, cor
autem eorum longe est a me. Matth: 23. Alligant one-
ra gravia, & importabilia, & imponunt in humeros ho-
minum, digito autem suo nolunt ea movere. Job: 20.
Gaudium hypocrite ad instar puncti. 1. Pet: 2. Reponen-
tes omnem malitiam, & omnem dolum & simulationes,
sicut modo geniti infantes, Job: 8. spes hypocrite peribit,
& c. 36. Simulatores & callidi provocant iram Dei. Ps:
Solus abominabitur Dominus, Matth: 23. Hypocrite si-
miles estis sepulchris dealbatis, & c. 24. Partemque ejus
penet cum hypocritis, ibi erit fletus & stridor dentium,
Ecl: 37. Qui sophisticè loquitur, odibilis est... omni enim
sapientia defraudatus est.

S. Aug: in Ps: 36. Simulata equitas, non est equitas, sed du- ^{ex Tribus.}
plex iniquitas, quia iniquitas est & simulatio. S. Greg: in
Mor: Quid est vita Hypocrite, nisi visio quaedam phan-
tasmatis, quæ hic ostendit in imagine, quod non habet in
ve

veritate, s. Bern: ser: 66. Hypocritæ sunt oves habi-
 tu, astu vulpes, actu & crudelitate lupi, s. Cypr: serm:
 de jejun: Tanta est hypocritica demencia, ut factoribus
 pro odoribus abutantur, & pretiosa vilia, & aspera sua-
 via arbitrentur, s. Chrysost: Hypocrita, si bonum est
 bonum esse, ut quid vis apparere, quod non vis esse? si
 malum est malum esse, ut quid vis esse, quod non vis
 apparere? si bonum est, bonum apparere, melius est bo-
 num esse; si malum est, malum apparere, pejus est ma-
 lum esse: ergo aut appare quod es, aut esto quod ap-
 pares. s. Chrysol: in serm: Hypocrisis subtile malum,
 secretum vitii, venenum latens, virtutum succus, timæ
 sanctitatis; secreta simulat, prospera fallit, curiosa
 mentitur, & crudelitate virtutes truncat mucrone vir-
 tutum, s. Greg: l. 1. mor: Hypocritarum corba dia-
 bolus tacitus tenet, & quasi quiescens ibi dormit, ubi eos
 quos possidet, quiescere non permittit, s. Hier: l. 7. in c. 16.
 isa: Si castum me esse simulo, & aliud est in conscientia
 mea, habeo, non gloriam mercenarii, sed supplicia pec-
 catoris; & in comparatione duorum malorum, levius
 malum est aperte peccare, quam simulare & fingere
 sanctitatem, nam ut ait s. Chrysost: hom: 19. in Matth:
 Malum sub specie boni celatum, tum non cognoscitur,
 nec cavetur, sed quasi bonum suscipitur.

Exempla.

S. Anastasius Martyr Persæ: rogatus a Duce Persa-
 rum, ut vel simulando Religionem suam verbo infi-
 ciaretur, constanter respondit: neque tu, neque alius
 mihi persuadebitis, ut nomen Dei mei, vel in speciem
 etiam negem. Busæus in Pan: V. Hypocrisis.

Mo-

Monachus quidam a cæteris pro sancto habitus, in
sua mortis articulo, illis asstantibus dixit, se ob hypocri-
sin Draconi ferocissimo devorandum datum esse, &
inter hæc impavens obiit. S. Greg. l. 4. Dial. c. 38.

Hypocrita ut cygnus est foris candidus, intus niger; ^{Similia.}
ut strutio, volandi speciem ferens, & volare impotens;
ut sabrusca quæ uva solum colorem habet, minime
saporem; ut Mystrio qui sæpe plebeius, & Regem re-
presentat; ut vulpes quæ se mortuam simulat, ut galli-
nas devoret incautas; ut maris scopuli undis suavi-
bus cooperiti &c.

Est Hypocrisis detestanda, quia vitium, Diabolicum, ^{Matrua.}
odiosissimum, inexcusabile, perniciosum, duplicatum
curari difficillimum, vanum prorsus ac inutile. Sed
tamen valde ordinarium, quo carent paucissimi
teste S. Hieronimo l. 1. contra Pelag. & sæpe ita occult-
um, ut vix a se possidente dignoscatur, ni diligens
fiat experientia. in casibus contrariis, juxta illud
Ps. 143. Tange montes, & fumigabunt.

Jos: Languis, Joan: Buscus, Jac: Marchantius in ^{Auctoris.}
Tuba sacerdotali tr. 1. lect. 5. Lud: Granat; loc: comm:
Stapleton in Promphario, Sadraus, Engelgr: Mansl,
&c.

Titulus LXXII.

Infernus.

Est locus subterraneus damnatis Angelis & homini- ^{Definitio.}
bus paratus, in quo est omnis boni absentia, omnis ma-
li presentia, omnis pænæ indesinentia. quæ pænæ
ad duas precipuas reducuntur, Damni scilicet, &
sensus. 1. in privatione visionis beatificæ, 2. in ^{divisio.} dolo-
rum

rum sensibilibus afflictione consistit; ubi tenebrae, fletus, fames, sitis, fœtor, ignis, conscientia vermis, locus ipse, Societas, Desperatio, aternitas undique damnatum cruciant & sine fine cruciabunt.

ex sacra-
scriptura.

Ps: 48. Sicut oves in inferno positi sunt, is: 35. De
cadaveribus eorum ascendet fœtor, Job: 20. Omnis do-
lor irruet super eum, Sap: 5. Videntes turbabuntur ti-
more horribili, Apoc: 7. Desiderabunt mori, & fugiet
mors ab eis, Judith: 16. Dabit ignem & vermes in car-
nes eorum, ut urantur & sentiant usque in sempiter-
num, Job: 20. Juxta multitudinem adinventionum
suarum sic sustinebit, Eccl: 24. Ad nimium calorem
transeant ab aquis nivium, Sap: 6. Potentes potenter
tormenta patientur & fortioribus fortior instat cru-
ciatio, Apoc: 18. Duplicate duplicia secundum ope-
ra ejus: in poculo quo miscuit, miscete illi duplum,
Ps: 76. Vox tonitruu tui in rota, Jer: 51. Inebriabo eos,
ut sopiantur & dormiant somnum sempiternum, & non
consurgant, Ps: 48. Non dabit Deo placationem suam:
laborabit in aeternum, Job: 20. Luet quæ fecit, nec ta-
men consumetur, Isa: 8. Infernus aperuit os su-
um absque ullo termino.

ex Patribus.

S. Aug: l: 12. de Civ: 10. Quia damnatos punit, est infi-
nita Dei potentia, quod facit miris, sed veris modis,
& de fide ad Pet: In inferno etsi erit stimulus panti-
tudinis, nulla tamen erit correctio voluntatis, S. Isi:
l: 1. de sum: 60. Ignis gehenne lucebit miseris pro
augmentum, ut videant unde doleant, & non ad con-
solationem, ne videant unde gaudeant, S. Bern: 3. 3.

super Salve Reg. Time gehennam... time tenebras ex-
 teriores, & dicit: quis dabit capiti meo aquam, & ocu-
 lis meis fontem lacrymarum, ut preveniam fletibus
 fletus & stridores dentium. S. Greg. c. 8. sup. Math. Fletus
 de ardore, stridor de frigore excitari solet: ibi duplex
 esse ostenditur gehenna, scilicet nimii frigoris, & into-
 lerabilis ardoris, & l. 9. mor. Licet gehenna una sit,
 non tamen cunctos una eademque qualitate succen-
 dit, quia quod hic dispar agit valetudo corporum, hoc
 illic exhibet dispar causa meritorum. Orfg. ho. 8. in
 l. Num. Deus dabit panem lacrymarum, & potabit la-
 crymis, sed in mensura; mensura autem haec erit, quam
 sibi quisque vel minus, vel amplius peccando quaesierit.
 S. Euseb. Emiss. ho. 3. de Epiph. Expiatura illic erit inextin-
 guibilis concrematio, quidquid hic non studuerit sanare
 correptione. S. Bern. Meib. c. 3. Ibi, nec qui torquet, aliqua-
 do fatigatur, nec qui torquetur aliquando moritur, sic
 tormenta auferuntur, ut semper renoventur, S. Bernardin:
 to. 2. ser. 11. a. 3. c. 3. In eadem pana nec acerbitas
 aternitatem, nec aternitas tollit acerbitatem, Pel-
 lov. Spec. mor. p. 3. l. 2. dist. 3. Summa profecto miseria
 est, cum illo non esse, sine quo non potest bene esse.
 Kemp. l. 7. c. 12. Ut aeterna futura supplicia, possis evadere,
 mala praesentia studeas pro Deo equanimiter tolerare.

* Vide plures textus in tom. 1. ad Rom. 3. post Epiph.
 & Rom. 29. post Pentec.

Anno Dñi 1090. Defunctus quidam amico apparentis di- Exempla.
 xit se damnatum esse, eo quod anima immortalitate dubi-
 tans vitiis habenas laxasset, atque ut inferni patrum ali-
 quo modo monstraret atrocitatem, vitia sui sudoris guttu-
 la

lā amicum aspersit, quæ istem præ visua illius ita
 affecit ut ei foramen nucis capescentia capax non sine
 ingenti cruciati apernerit *Vincent: spec: hist: l. 2. c. 29.*

Discipulus quidam suo Magistro damnatus apparuit,
 & cum iste quæreret, an etiam apud inferos quæstiones mo-
 verentur, respondit: apud inferos quæritur solummodo,
 quid non sit pœna. *Innoc: de Contemptu mundi l. 2. c. 1.*

P. Leonardus Lessius Soc. Jesu, gravissimis calculi dolori-
 bus vocatus, exclamare solebat: O peccatores, si Deus hæc in
 uno membro ita torquet, quid in inferno erit, ubi nullum mē-
 brum, etsi minutissimum, sine cruciati erit? *Engel: Rom: 5. p. 101.*

Aristoteles post mortem cuiusdam suorum discipulorum appa-
 rens dixit: ex omnibus quorum habui notitiam & scientiam,
 huius solius recordor, quod in æternum puniar. *Corap: in Divi: myt.*

Qualitates.

ignis inferni pro cuiusvis delictorum ratione, varie cru-
 ciabit, ut sol pro dispositionum differentia diverse calefacit
 varios que in corporibus causat effectus; ita damnati ar-
 debunt in inferno, sicut aurum in fornace, quod persistit

Similitudo.

quin consumatur, vel ut in igne Salamandra persistat, nec
 dissolvitur, cuius ignis meditatio seria compunctionis la-
 firmas extorquebit, non secus ac ignis materialis & fixus
 eas solet excitare ab accedentibus ad se: & profecto inferni

Motiva
& Media.

memoria admodum utilis, jucunda, ac necessaria est hie
 viventibus, ad eam cavendam, ejus pœnarum multitudinē
 gravitatem, atque aternitatem cogitatu terribilem: quis
 enim hæc cogitans peccabit aliquando? quis obsecundare
 audebit propriæ voluntati, quæ cessante, ait S. Bern: in-
 fernus non erit. Descendamus ergo in infernum viventes
 (P: 4) ne descendamus morientes; dolores ejus considere-
 mus

ut horeamus & refugiamus

Gabriel Inchinus de 4. Novissimis, Drexelius Doutréma Auctors.
 Lid: Granatensis, Jo: Lopez, Pet: Canisius, Mathias Faber
 Stapleton, Engelgrave, Langius, Jac: Salicarnis de Tim: Dei,
 Dionys: Carthusis, Georg: Reeb in regulis prudentie p. 1.
 Barthol: Saluthius in septem tubis tuba 6.

TITULUS LXXIII.

Ingratitudo

Est culpabilis omissio gratitudinis debita. v. g. Bene- Definitio
 ficium acceptum negare, dissimulare, non compensare, & Actus.
 vel ejus oblivisci, vel quod pejus est maleficio rependere:
 qui sunt actus Ingratitudinis à Seneca enumerati.

Luc: 17. Non est inventus qui rediret & daret gratiam ex S. Script.
 Deo: Is: 1. Filios enultivi, & exaltavi, ipsi autem spreve-
 runt me: Cognovit bos possessorem suum, & asinus prese-
 pe Domini sui; Israel autem me non cognovit, & c. Quid
 est, quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci? an
 quod expectavi ut faceret uvas, & fecit labruscas? Deut:
 32. Hæcine reddis Dño, popule stulte & insipientis:
 numquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fe-
 cit, & creavit te? Prov: 17. Qui reobit mala pro bonis,
 non recedet malum de domo ejus. Sap: 16. Ingrati
 spes tanquam hybernales glaciæ tabescet; Jer: 17. In
 illa die erunt civitates fortitudinis ejus derelictæ, sicut
 Caratha & segetes, quæ derelictæ sunt a facie filio-
 rum Israel, & eris deserta, quia oblita es Dei Salva-
 toris tui, & fortis adjutoris tui.

S. Bern: serm: 52. Ingratitudo est inimica anima, exi- ex PP.
 natio

nantio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum
 perditio, ventus urens, siccans sibi fontem pietatis rorem
 misericordiae, fluentia gratiae, S. Aug: l. de pœn: in hoc
 quisque peccator sit culpabilior, quò est Deo acceptior: S.
 deo enim Adam plus peccavit, quia omni bono abundavit,
 S. Chrys: sup: Matth: Quanto majora beneficia sunt homi-
 nibus collata, tanto graviora peccationis judicia constitu-
 ta, S. Bern: s. 1. in cap: jejunii: Gratiarum cessat discursus,
 ubi recursus non fuerit, nec modo nil augetur ingrato, sed
 & quòd accipit in perniciem ei vertitur, S. Aug: l. 24. de civ:
 Quanto magis homo vivebatur Deo, tanto majore impieta-
 te dereliquit Deum, S. Ambr: l. 1. de virg: In proditore ju-
 da Dñus hoc gravissimum invenit quò ejus condemnaret
 perfidiam, quòd gratia vicem non representaverit & con-
 vicium amicitiae venenum malitiae miscuerit, S. Ambr: l. 8.
 in Hexam: c. 4. Quis non erubescat gratiam bene de se
 merentibus non referre, cum videat etiam bestias refu-
 gere crimen ingrati? & illae imperitiae alimonia servant
 memoriam, in nos servas salutis acceptae.

Exempla.

Ingratissimus fuit Dantisci an: 1481. Sacerdos quidam,
 suspendendus, qui eum, cujus ope liberatus fuerat, paulo
 post suis manibus necavit, & inde iterum captus & capi-
 te merito plexus, quem etiam tunc poenituit alios non
 occidisse benefactores. Engelgr: tom: 6. post Pont:

Claudius Nero decrevit, ut, si Dñus quispiam servum
 aegrotantem non omni cura fovet, aut domo ejiceret, hoc
 ipso servus libertati restitutus foret. Baylina in f. 103. Math: 23.

Similia.

Ingrati, sicut hœtera arbores quarum auxilio assurgit,
 destruit, ita suos benefactores pessumdant, facti ut mare

quod omnes dulces recipit aquas, & non nisi salsas remittit
 & ut mihi a matre lactantis, illam calidius ferit, atque velut
 nubes quae solem offuscant, cuius virtute fuerant compactae,
 & in altum subuectae.

Ingratitudinem non Deis modò, Angeli, & homines, sed & *Motiva.*
 bestiae ipsae detestantur, estque vitium perniciosissimum
 quod sui reum & beneficii omnino reddit indignum, & panis
 gravissimis subiectum; imò vel ex hac vita infamem, ac
 odibilem constituit: ad illo itaque caveamus eò diligentius
 quò teste Seneca l. 1. de benef. c. 1. nullum inter maxima vi-
 tia, frequentius.

Joan: Bussens, Jos: Langius, Th: Stapleton, Reyslinx *Autores.*
 Taber, Mansi &c.

Titulus LXXIV.

Intentio bona

Est actus voluntatis, quo actiones hominis ad finem ali- *Definitio.*
 quem supernaturalem diriguntur. ut si quis operetur me-
 tu poëndrum inferni, vel ob spem præmii æterni, vel (quò *Actus.*
 omnium perfectius est) pure propter Deum, & Dei gloriam.

Can: 8. Pone me ut signaculum super cor tuum, *ex Sacra*
 ut signaculum super brachium tuum. 1. Cor: 10. Sive ma- *Scriptura.*
 ducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in
 gloriam Dei facite. Ps: 104. Quarite Dñm & confirma-
 mini, quarite faciem eius semper. Ps: 56. Spiritum rec-
 tum in nova in visceribus meis, job: 16. Ecce enim in ca-
 lo testis meus, & conscius meus in excelsis. Math: 6.
 Lucerna corporis tui est oculus tuus, si hic fuerit sim-
 plex &c. Prov: 16. Universa propter semetipsum ope-
 ratus est Dñs, 2. Paralip: 4: Si quis non quaesierit
 Dñm.

234. Dñm Deum Israel moriatur, a minimo usque ad maximum; Eccl: 2. Ve duplici corde & labiis sceleribus; Deut: 4. Cum quæsieris Dñm Deum tuum, inuenies eum, si tamen toto corde quæsieris; Ps: 67. Quærite Deum, & vivet anima vestra; Rom: 11. Si radice sancta, & rami; Ps: 44. Omnia gloria ejus filia regis abintus; Luc: 2. Pax hominibus bona voluntatis; Prov: 3. Abominatio Dñi est omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio; Exod: 18. Non bonam rem facis: sicut laboro consumeris; ~

ex Ps: 139. S. Greg: l. 28. mor: c. 6. Quid per oculum exprimitur, nisi opus suum præueniens cordis intentio, quæ priusquam se in actione exerbeat, hoc jam quod appetit contemplatur. & quid appellatione corporis designatur, nisi undaqueque actio, quæ intentionem suam quasi intentem oculum sequitur. Lucerna itaque corporis est oculus, quia per bonæ intentionis radium merita illustrantur actionis; S. Aug: in Ps: 139. Non valde attendas, quid homo faciat, sed quid cum faciat, aspiciat; & in illud Ps: 65. v. 18. Holococausta medullata offeram tibi; quid est, inquit, medullata? intus teneam charitatem illam: non in superficie: nihil interius medullis nostris. Quisquis ergo in superficie colit Deum, magis placere vult hominibus, quam Deo; S. Greg: l. 28. mor: c. 6. Vigilanti curâ per cuncta opera intentio nostra pensanda est, ut nihil temporale in his, quæ agit, appetat, totam se in soliditate æternitatis figat; S. Bern: Duo in intentione necessaria requiruntur, res & causa, id est, quid intendas & propter quid: ex his sanè duobus animæ vel decus, vel deformitas indicatur; S. Aug: in Matth: 6. Quod bona intentione non

facis, non tibi proderit; quia quam quomodo feceris, non
 quomodo illi evenerit, tibi imputabitur. S. Greg. in mor.
 Si semel cor intentione corrumpitur, sequentis actionis
 mediocritas & terminus ab hoste secure possidetur. Rich:
 a. s. Vict. Quod est corpus sine vita, hoc est opus sine in-
 tentione bona. Origenes de sing. Cler. Non bene succedit
 nisi sanctè, quod sanctum est, peragatur. S. Ansel. in i.
 Cor. c. 15. Omnia vilia cum charitate facta, fiunt aurea
 atque divina. S. Chrysost. ho. 5. in ep. ad Rom. Major tibi
 merces, si citra mercedis spem feceris. S. Hier. in Mathi.
 25. Simus, & illum qui de 5. talentis decem fecerat, &
 qui de duobus quatuor, simili recipit gaudio, non consi-
 derans lucri quantitatem, sed studii voluntatem. Kemp:
 l. 7. c. 98. Quanto purior fuerit intentionis oculus, tanto
 constantius inter diversas itur procellas.

S. Honorati Abbatis Lyrinensis non modo diurnæ cogita-
 tiones, sed & somnia de Dei dumtaxat amore, de virtu-
 te, de pietate erant. *Paulin Barry 10. Jani*

S. M. Maad. de Pazzis dicere solebat: si crederem, me uno
 solo verbo dicto ob alium finem, quam ob amorem Dei, eti-
 am si non esset ejus offensa, posse evadere Seraphinum,
 nunquam illud dicerem. Vit. c. 97.

sicut basi columna, sic virtutes insistent intentioni. *Similia.*
 sicut sagittarius ni ad scopum dirigat hunc non attinget,
 sic homo ni Deum respiciat ad Deum non per-
 veniet operibus suis; sicut carta etsi parva, si Regis
 munitur sigillo, magni fiet, sic opera si recta ad Deum
 intentione stantur, quæ decor & radix est operum.

O mira recte intentionis dignitas, æquitas, necessitas, *Notitia.*
 utilitas, jucunditas, facilitas, & securitas; Uiam in omnibus

procuremus operibus per cordis munditiam, Charitatis studium, humilitatis exercitium, actuum frequentem ad Deum oblationem: alias, etiam tota vita laborantes, nihil capiemus (Luc: 5.) nisi in nomine Dñi relaxemus, abjicientes opera tenebrarum, et lucis arma induentes, ita ut opus publicum quidem sit sed intentio secreta, ut Chrysostomus monet, ita ut videamur, sed non ad hoc faciamus, ut videamur, sed ut Deo placeamus, quem diligentibus omnia cooperantur in bonum, & quidquid agant homines, intentio iudicat omnes, ut fert axioma.

Auctores. Drexelius in Ammissi, Theophilus Bernardinus, Nienbergius, Praxis bonarum intentionum de Gallico in latinum versa, & Colonia excussa, D'Utreman, Alpho: Rodriguez &c.

Titulus LXXV.

Invidia

Definitur a S. Joan: Damasceno *Invidia* de alienis bonis, & ad Augustino: *Odiū felicitatis alienae*. Ut vilium est propriam non patitur divisionem; ut praecisa verò dividi solet in *laudabilem*, & *vituperabilem*. *Invidia* illa est dolor de defectu proprio in comparatione alterius qui eo caret, solum que movet sanctam emulationem imitationis boni alieni; ista autem est dolor de bono alieno quā alienum, & proprium excedens; & de hac in presenti sermo est.

ex Script. 1. Cor: 3. Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Sap: 2.

Invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum;^{237.}
imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius, Eccl.
14. Nequam est oculus invidi, & avertens faciem suam,
& despiciens animam suam, Prov: 23. Ne comedas cum
homine invido, & ne desideres de cibis ejus, quoniam in
similitudine arioli, & conjectoris aestimat, quod ignorat.
Comede & bibe, Dicit tibi, & mens ejus non est tecum;
Sap: 6. Neque cum invidia tabescente iter habebis,
quoniam talis homo non erit participes sapientia
Judae 11. Vae illis, quia in via vitae abierunt, Prov:
17. Qui in ruina latetatur alterius, non erit impuni-
tus, & c. 14. putredo ossium invidia, Jac: 3. Ubi zelus &
contentio, ibi inconstantia & omne opus primum, 1 Cor:
12. Amulavini charismata meliora, 9

S. Greg: Naz: Invidia, non solum multos, sed & optimos ^{ex Patris.}
tangit; S. Prosper de lit: contemp: c. 9. Bonis utiliter in-
vidus male, & quis ei poterit subvenire, qui se sibi exhibet
invidendo carnificem? aut unde sibi parabit salutem qui
de salute male intendendo facit perniciem? S. Zeno ser: de stro-
re: Nihil his inimicitis difficilius, quae ex invidia ama-
rissimo fonte descendunt, S. Chrysost: ho: 44. ad pop: In-
vidi peiores sunt feras, demonibus autem pares, aut fere
deiores, demones namque licet contra nos bellum exer-
ceant impacatum, consortibus tamen generis non insidia-
tur, S. Cyprian: Quale malum est quo Angelus cecidit?
quo circumventi & subverti alta illa sublimitas potuit,
quo deceptus est, qui decipit? Salvian: l: 5. de Prov: Prospe-
ritas aliena invido supplicium est, & parum est si ipse
sit

sit felix, nisi alter fuerit infelix, S. Cyprian: l. de zelo & livore: Nihil magis Christiano cavendum, nihil cautius providendum, quam ne quis invidia & livore capiatur; ne quis dum zelo in fratris odia convertitur gladio suo nescius ipse perimatur; S. Greg: l. 5. mor: Parvulus est, qui invidia occiditur; quia nisi ipse inferior existeret, de bono alterius non doleret; S. Chrysost: sup: Math: O invidia, quae semper sibi inimica est, nam qui invidet sibi quidem ignominiam facit; illi autem cui invidet gloriam parit; S. Cyp: ubi sup: Invidia radix est malorum omnium, fons cladum, seminarium delictorum; S. Sid: Sol: 2. Invidia sibi primum nocet, primum auctorem suum mordet, menti officit, cor quasi pestis depascit, animum vrit; S. Greg: Vig: l. de vit: monast: Invidia mortifer stimulus, mucro reconditus, natura morbus, bilis venenosa, tabes sponte adhibita, flamma cordis, intestinorum ignis; S. Aug: ser: 5. de verb: Dom: c. 5. Servo Dei, cui subreperit superbia, continuo ibi est invidia. Invidia filia est superbiae; sed ista mater nescit esse sterilis; ubi fuerit, continuo parit; & ser: 18. ad Frat: Invidia est illa pessima linea, quae purpuramenta virtutum demolitur; arugo, quae thesaurum sapientiae depravatur; bruchus, qui terrarum virentia comburit; quia quidquid boni operis virescit in homine, penè pestis invidia perdit;

Exemplar. Invidus quidam Monachus de Pallerio furtis sublato Saphnutium falso accusans, a demone sic obsessus est, ut a nullo alio (licet plures in illo Conventu gratiam pellendi demones habuerint) expelli potuerit, quam a Saphnutio. Spec: ix: dist: 2. ex: 221.

Invidus Sacerdos Florentius, quia S. Benedicto vene-^{239.}
num dedit, & 7 nidas puellas in ejus conspectu choreas
ducere iussit, mox repentina morte interit. S. Greg. in Dial.

Est invidia janis inextinguibilis, venenum que ex ^{Similia.}
suavioribus conficiens, ut aranea; sicut sues in luto
immunditia, sic invidi in calamitate aliena letantur, &
voluntur, semper in stercore, ut scarabæus, & suavi vir-
tutum odore horrentes; sed etiam ut papilliones lucer-
nam extinguere tentantes se ipsos amittunt; & sicut ru-
bigine ferrum, absumuntur, ac velut apes infixo aculeo
pereunt invidi alios lingua sua ledentes; immo & in ocu-
lis venenum ferentes, ut Basiliscus, ipso necare videntur
inhitit.

Propter quæ detestanda omnino nobis est, invidia. Deo ma-^{Motiva.}
xime offensa, statim beatorum a deo repugnans, demonis
propria, ipso peiores reddens, & brutis viliores: vitium sa-
ne irrationabile, perniciosissimum, paci ac concordia ex-
toto oppositum, stultissimum, tristissimum & insanabile,
sed, etiam, communissimum, ut experientia demonstrat. Et ^{Medici.}
opponamus fraternam charitatem, ut tot invidiæ dan-
na pellamus a nobis, memores illius Eccl. 14. Qui invi-
det, nihil est illo nequius, cuius oculis nequam est quia
alter bonus est Math. 2. Hinc recte Seneca Ep. 17. Invidiam
effugies, si te non ingesseris oculis, si bona tua non jacta-
veris, si sciveris in sinu gaudere.

Buræus, Marchantius, Trexarius, Langius, Petrus-^{Auctores.}
Canisius, Bern: Rosigniolus, Lud: Granatensis, D'Outre-
man, Faber, Engelgrave, Jac: Alvarez, Stapleton, Beyr-
linck, Jo: Dabréus, & Jos: Mansi. Tit:

Titulus LXXVI.

Iracundia

Definitio. S. Thomas 2.2. q. 40. a. 2. sic eam definit: habitus inordinatum appetitum vindictæ inclinans. Differt ab indignatione quæ est subitus & transiens motus, & ab ira, quæ est libido quædam se vindicandi de determinata aliqua injuria, utraque tamen actus est iracundiæ, nec non timor mentis, oris nimis clamor, verba injuriosa, & facta injuriosa in rixis, contentionibus, disputationibus adhiberi solita, ab iracundiis.

ex Sacra Scriptura.

Isa: 57. Impii, quasi mare, fervens quod quietescere non potest. Prov: 12. Fatus statim indicat iram suam, qui autem dissimulat injuriam callidus est, & c. 29. Qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum proclivior, Eccl: 27. ira & furor utraque exetribilia sunt, & c. 28. Memorare timoris Dñi, & non trascaris proximo, Eph: 4. Sol non occidat super iracundiam vestram: nolite locum dare diabolo, Prov: 22. Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas ejus & sumas scandalum anime tue, Eccl: 7. Ne sis velox ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit, Ps: 36. Desine ab ira, & derelinque furorem, noli amulari ut maligneris, Eccl: 30. Zelus & iracundia minuent dies, & ante tempus senectam adducet cogitatus. Prov: 27. Grave est saxum, & onerosa arena, sed ira stulti utroque gravior, & c. 30. Qui provocat iras, producit discordias, Eccl: 28. Non est ira super iram mulieris, Ps: 4. Irascimini & nolite peccare.

ex Hieronimo. S. Chrysost: hom: 2. ad pop: Tera potius, quam iracundo

homini cohabitandum est; nam illa cum semel mansuetifactor fuerit, suam servat legem; hæc autem quoties mitigaverit, rursus efferatur. S. Basil: orat: 9. Quod bestis, quæ venenum emittunt, est venenum, hoc hominibus exacerbatis est ira: insanunt tanquam canes, impetum faciunt, ut scorpiones, mordent veluti serpentes, S. Aug: ep: 51. Quoties ira animum invadit, mentem Edoma vince te ipsum, differ tempus furoris, & cum tranquilla mens fuerit, quod placet vindicæ; Salvian: ep: 9. Iræsti hominis est, iram non perficere, Christiani, S. Basil: no: de ira. In rixa is inferior est, qui victor est, ac peccatis longe gravior discedit; S. Hier: in prov: l: 4. c: 29. Janua virtutum omnium iracundia est, quæ clausa virtutibus intrinsecus dabitur quies; aperta verò ad omne facinus armabitur animus; S. Chrysost: ep: 8. Nihil omnium Deus ita odit, & aversatur, ut hominem ultionis avidum: tantum enim ejus peccati damnum est, ut Dei misericordiam revocet, nec locum habere sinat, & ho: 31. ad pop: salius est, viperam vel anquem in corde tuo latere, quam iram & rancorem; illa namque nos repente relinquunt, hæc autem semper remanet dentes insigens, infundens venenum, graves adducens cogitationes; S. Bonav: in diæt: c: 8. De ira nota specialiter tria: odiosam ejus effigiem, ruinosa, perniciosam, vitiosam propaginem, hæcque sic enumerat Idem Doctor de pug: spir: c: 4. Cum autem vim irascibilem obtinuit, statim introducit tibi suam familiam, quæ sunt rixa, furor mentis, conhimelixa clamor, indignatio, & blasphemia; Pellovac: Ira vel odium aufert imaginem Dei, & characterem filiorum Dei,

quem imprimat Charitas, imprimens characterem bestie
id est diaboli: hic character imprimitur in corbe, quan-
do mens intrinsecus perturbatur; in fronte vero dum per
signum extrinsecus demonstratur; in manu autem, quan-
do ad proximi lationem manus extenditur; ~

Exempla. Abbas Moyses sanctitatis fama celebris, quia iracundio-
ri verbo S. Macharium perstrinxerat, subito a dæmone
possessus est. Cassian. coll. 7. c. 27. ~

P. Franc. Suarez, licet sæpe in publicis disputationibus
occasionem haberet iram concipiendi, nullum tamen unquam
commoti animi signum dedit. Biblioth. Soc. 5. 5. ~

P. Paschasius Boeckius quondam iter agens a messoribus
conviliis affectus, quietus & baculo innixus persistit, donec
cessantibus gratias egisset & benedictionem imperitus
fuisset. Hist. Soc. p. 2. l. 7. n. 98. ~

Architas Tarentinus Philosophus ad Villium suum
qui sibi iræ occasionem præbuerat, dixit: o te felicem,
quoniam egregie te punirem, ni iratus essem. Seneca l. 3. de ira
similia. Sicut nubes solem, sic ira mentem obscurat; ut olla fer-
vens & undique aquam fervidam effunderis se tangi
non patitur, ita homo iratus, qui, & ebrio, fatuo, phrene-
tico, equo indomito, torrenti precipiti, aquæ salsa & hu-
bida, nubis fulminanti &c. recte potest comparari ~

Motus
& X. 6. a. Ex quibus facile erit eruere motiva ad iram detestandam
& media opponere ad vitandam, preveniendam, coeran-
dam, imprimis proposito Christo Exemplari, qui mitis est
& humilis corde, & tanquam surcus non aperiēbat suas
injurias, & sicut mulier non aperiēbat os suum, nisi ut
pro persecutoribus oraret eos excusans ~

iram ergo cohibeamus, quam qui vincit (ait Seneca ^{Canisius.} in Proverbis) hostem superat maximum, et quam quò minus presserimus, eo magis ab illa prememur, & l. de ira dixit: Vbi multa irabundia, multa quoque insania, unde & Buchlerus hoc V. cecinit: Multum deliras, si pectore concipit iras, fertque aliud axioma: Res parient diras, nisi mox excluderis iras, &c.

Jovius, Marchantius, Pet. Canisius, Rosignolius, ^{Auctores.} D'Ouhreman, Jac. Alvarez, Granatensis, Langius, Franciscus Patriarcha l. 1. Dial: 107. Seneca l. de ira, Faber, Stapleton, Mansi &c.

Titulus LXXVII.

Judicium extremum

Est exactio rationis a Christo in fine mundi petenda ^{Definitio.} super vitam ab Angelis & hominibus viatoribus institutam: per qua differt à Particulari iudicio ab homine quolibet statim in morte subeundo. Ad illud ^{Partes.} precedent signa Joelis 2. & luc: 21. prophetata; dein fiet iudicandorum congregatio, iudicis adventus, examen, ac tandem sententia proferebitur. Nunc tamen promiscue pro utroque iudicio dabimus.

2. Cor: 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit sive bonum, sive malum. Eccl: 11. Scite quod pro omnibus adconcet te Deus in iudicium. Sophon: 2. & erit in tempore illo scrutator Jerusalem in lucernis. 1. Cor: 4. Dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Matth: 24. Tunc apparebit signum filii hominis in celo, & tunc plangent

omnes tribus terræ, Act: 10. *ipse est, qui constitutus*
est a Deo iudex vivorum & mortuorum, Matth: 24. Mit-
tet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congrega-
bunt electos ejus a quatuor ventis, Ps: 49. Annuncia-
bunt celi iustitiam ejus, quoniam Deus iudex est.
 Apoc: 20. *& vidi mortuos magnos & pusillos stantes*
in conspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber
aperlus est, qui est vita, & iudicati sunt mortui ex his,
quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum.
 Sap: 4. *Venient in cogitatione peccatorum suorum ti-*
midi, & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum,
 Sophon: 1. *juxta est dies Dñi magnus, juxta est & velox*
nimis, vox diei Dñi amara, tribulabitur ibi fortis. Di-
es iræ dies illa, dies tribulationis & angustie, dies cala-
mitatis & miserie, dies tenebrarum & caliginis, dies ne-
bule & turbinis, dies tubæ & clangoris super civitates
munitas, & super angulos excelsos. Luc: 21. *Erit que*
in terris pressura gentium, præ confusione sonitus ma-
ris, & fluctuum, crescentibus hominibus præ timore, &
expectatione, quæ super venient universo orbi, 2. Reg:
 2. *Dñum formidabunt adversarii ejus, & super ipsos*
in calis tonabit, Sap: 1. In cogitationibus impij inter-
rogatio erit, Is: 11. Non secundum visionem oculorum
judicabit, neque secundum auditum aurium arguet,
sed judicabit in iustitia pauperes, & arguet in equita-
te pro mansuetis terræ. Eccl: 1. *Si ceciderit lignum*
ad austrum, aut ad aquilonem, in quocumque loco ce-
ciderit, ibi erit, Joel: 3. Congregabo omnes gentes, &
Deducam eas in vallem Josaphat, & disceptatio ibi cum eis

Marc: 13. De die autem illa vel hora nemo scit... ^{245.}
si Pater, i. Messal: s. Dies Dñi sicut fur in nocte, ita
veniet.

S. Bern: in Ps: 90. Quid tam pavendum, quam judi- ^{et Parib.}
candum adstare illi terrifico tribunali, & incertam ad-
huc expectare sub tam districto iudice sententiam?
User: de primord. med. Time, o homo, quod in terribili
iudicio ei presentandus es, in cuius manus horrendum
est incidere, & ab eo examinandus quem nihil laet, S.
Chrysost: in Matth: 24. in illo die nihil est quod respondeat
adversum nos in testimonium peccatorum nostrorum, &
si omnia taceant, ipsa cogitationes nostrae, & ipsa opera
specialiter stabunt ante oculos nostros, nos ante Deum
accusantes, S. Aug: ser: 120. de temp. Major tormentum ma-
lis erit, furorem vulvis Divini tolerare, quam cruciatus
infernales perpeti. Hugo Card: in Joan: 16. Quot tribula-
tiones, quot infirmitates patimur, tot stillas de Dei iudi-
cio sentimus; si ergo tanta sunt illa, quanta erit aby-
sus multa? S. M: de Villanova conc: 2. in Dom: 1. Adv: Hi
sunt libri infallibiles, & veri, quos nemo potest rejicere;
ipsa enim cuiusque conscientia, reatus sui testimonium,
palam omnibus exhibebit, S. Isid: l. 1. sent: c. 37. In iudi-
cio reprobi humanitatem Christi, in qua iudicatus est, vi-
debunt, ut doleant; Divinitatem vero ejus non videbunt,
ne gaudeant, S. Chrysost: & c. 27. Pro diversitate conscien-
tiarum, & mihi apparebit in iudicio Christus, & ter-
ribilis reprobis, S. Aug: s. 34. in Append: Puto, quod ma-
nasit peccati poena, metum ac memoriam futuri perditio-
se iudicii, S. Chrysost: ho: 18. in Joan: Sicut, qui diei illius

obliviscitur, tanquam freno abstracto in precipitium de-
 feritur (inquinaltae enim sunt, inquit 3^o, via illius omni
 tempore, & causam affert: Auferetur iudicia tua à facie
eius) ita, quem continuis hic percellit timor, modeste
 vivendi viam ingreditur, S. Greg: l. 21. mor: c. 16. Si taliter
 flagellatur Job, quis sic timuit, qualiter ferendus est, qui con-
 temnit? & l. 29. c. 28. Per flagella huius vitae iudicii nobis
 districtio commendatur; si enim ita districte modo percutit
 quando parcit; quomodo percussurus est, quando non par-
 cens iudicabit? & l. 18. c. 6. Supernae aequitati convenit
 iniuste acta iuste iudicare, ut divina sententia ordinet
 in poenam, quos inordinata actio traxit in culpam.
 S. Bern: ep: 1. Iudex ille nec flectetur donis, nec fallitur ver-
 bis. Quid faciet de iniustis iudiciis, qui ipsas quoque ius-
 titias iudicabit? S. Ephrem to: 2. par. an. 47. Quid quid
 agas, non desistas mens tua cogitare, & os tuum loqui
 de iudicio.

exempla Elias Abbas, qui 70. annis sanctissime vixerat in deserto,
 dicere solebat: tria timeo: 1. ^{est} animae à corpore discessio;
 2. inevitabilis necessitas comparendi coram Deo; 3. sen-
 tentia quam in me laturus est Iudex. Pallad: c. 91.
 Boyoris Rex Bulgarorum, considerato in pictura, iudi-
 cio extremo, adeo commotus est, ut & ipse fidem catholicam
 susceperit, & suos etiam Bulgaros, parva manu, praelato
 tamen Crucis signo devictos ad eandem fidem, perduxerit.
 Auralt: c. 8. cat. hist: ex: 2.
 Sed & Rhadamanthum, Minorem, ac Racum finxit Anti-
 quitas iudices in altero orbe constitutos, qui singulorum
 acta examinent, ac promeritis panis male facta cas-
 tigent. Virgil: 6. Pote-

Poterit hoc iudicium proponi per modum iudicii ²⁴⁷ ^{similex}
forensis, vel s^a Inquisitionis, ut aliquomodo ob ocu-
los cernatur, quod revera in terris non habet cui com-
paretur; in illo autem consideranda venit iudicis
Potentia, Sapientia, iustitia, Majestas, Inflexibilitas; ^{Motiva}
ipsius iudicii horribilitas & incertitudo quoad tem- ^{& Media}
pus & eventum; accusantium Damonum furor Astan-
tium multitudo, signa precedentia, iudicis adventus
terribilis, rigor examinis, libri aperiendi, confusio &
rubor, propria conscientia accusatio, sententia severi-
tas & irrevocabilitas, quam ut bonam sortiamur, re-
cte vivamus tanti iudicii memores, Deum timeamus,
Sanctorum & precipue Matris Dei auxilium implore-
mus, nosmetipsos dijudicemus per conscientia exami-
nis frequentem usum, alios non iudicemus, &
culpas nostras hic defleamus, & serio delectamus peni-
tentia.

Fugite (monet Job 6-19) à facie gladii, & scitote esse iudicium. ^{Conclusio}
et sicut fulgur erit ab oriente (Matth. 24) ita
erit adventus filii hominis, Dein Exhibunt Angeli &
separabunt malos de medio iustorum, ^{Matth. 13.} & erit
tunc tribulatio magna qualis non fuit... neque fiet, ^{24.}
quia ^{Eccl.} in fine hominis denudatio operum illius,
& liquefiet terra & omnes qui habitant in ea, ^{Ps. 74.}
caderent homines ad pedes iudicis tanquam mortui ^{Apoc.}
^{cap. 1.} Nihil enim instrutum relinquet oculus eius iu-
dicis, teste S. Bern^o s. 57. in Cant.

Gabriel inehinus, Canisius, Bessius, Dordreman, Grunatens; ^{Auctores.}
Stapleton, Faber, Langius, Lion: Cartus; Joan: Lopez, &
Tit:

Titulus LXXVIII.

Judicium temerarium

Definitio. Est actus intellectus, & quaedam interna detractio, qua alienos mores & facta sine legitima auctoritate & causa judicamus: ut si ex sola externa facie alium criminatum judicemus; vel acta ejus indifferentia prave interpretemur, vel minus bene; aut ex uno actu pravo habitualiter malum quem censeamus; vel ex particularis culpâ totam communitatem vitiosam credamus

ex sacra. scriptura. Ps: 57. Si verè utique justitiam loquimini recta judicate filii hominum. Rom: 14. Tu quis es, qui alienum judicas servum? Dño suo stat aut addit. 1. Cor: 2. 5. Quid mihi de iis, qui foris sunt judicare? Eccl: 10. in via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos aestimat, Rom: 14. Non ergo amplius invicem judicemus: sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum vel scandalum fratri, &c. 2. Inexcusabilis es, homo omnis qui judicas, in quo enim judicas alterum te ipsum condemnas, eadem enim agis, quæ judicas

ex Patribus. S. Ambr: in Ps: 118. Cum unusquisque sit sicorum conscius peccatorum, quomodo potest de alterius judicare peccato? judicet de alterius errore, qui non habet, quod in seipso condemnet. S. Greg: 1. 14. mbr: c. 1. Magnæ mentis est proprium, hoc sibi fieri suspicari, quod facit. S. Doroth: serm: 6. Comparavit Christus proximi peccatum festucæ, judicium verò trabi; usque adeo grave est & in suave proximum judicare, ut fere omne peccatum excedat. Pet: Bles: ep: 45. Eius est judicium, qui

scrutatur renes & corda: ei soli relinquatur iudicium, cui omne iudicium dedit Pater. ^{249.}
Oleaster in con-
sap: Si Dominus (Job: 13.) non sinit Sacerdotem suum, statim de lepra, quam oculis cernit, discernere, quomodo te permittet de cordis malitia proximum temere iudicare?
S. Zoroastri: loc. cit: Quid nobis de proximo? habemus in nobis quia curemus, unusquisque nostrum attendat sibi ipsi, S. Aug: l. 2. in S. Dni in monte: Temerarium iudicium, plerumque nihil nocet ei, de quo temere iudicatur, ei autem qui temere iudicat, ipsa temeritas necesse est ut noceat, Sida: stel: apud Mansi: Fieri non potest, quin in manum Divinae irae incidas, qui tam audax es, ut iudicium Dei fureris; homo qui ipse videt, quae foris sunt, Deus autem intuetur cor, Kemp: l. 1. c. 14. in iudicando alios homo frustra laborat, sapius errat, & leviter (sen sine fructu) peccat, seipsum vero iudicando & discutiendo semper fructuose laborat, & l. 3. c. 24. Quid ad te utrum ille sit talis, vel talis? tu non indiges respondere pro aliis, sed pro te ipso rationem reddes, quid ergo te implicat?

Abbas Pastor interrogatus, qua ratione quietem in hoc saeculo & futuro obtinere quis posset? respondit: si in omni causa diceret: quis sum ego? & non iudicet quemquam. Exempla
vit. pp. p. 2.

Anachoreta quidam, si aliquando fratris cuiuspiam sui lapsum cognovit, cum gemitu dicit: Hei mihi! ille hodie, ego cras. S. Zoroastrius doct. 8.
S. Henricus etsi de uxoris Cunequndae Virginitate securus, cum tamen ter vidisset ex eius thoro exeuntem sub forma militari juvenem, sinistram ceperat formare conceptu,

cephum, sed brevi, calibus didicit illusionem fuisse da-
monis ea forma induti, ut de 5^o Virgine malum sus-
citaret in eo iudicium. *Mansi disc. 2. n. 8.*

Socrates, si occasio se offerbat de rebus ad se non specta-
tibus iudicandi, dicere solebat: quæ supra nos, nihil ad
nos. *Laort.*

Similia. Temerè iudicans ut stultus, alios æstimat stultos; ut impius
impios, vitio suis pravitatibus colorato alios respiciens;
sicut stomacho æger selectissimos in malum sibi vertit
cibos, ita ille virtutes in vitia; ut traditor Regis, sic ipse
Dei sibi usurpat auctoritatem.

Motiva. Motiva temerarii iudicii fugiendi sunt, quod Deum
fugat, ei que gravem injuriam irrogat, est pestis oc-
cultæ, mater detractionis, Diaboli fetus, radix decep-
tionis propria, oppositè legi charitatis, est que vitium
suo auctori perniciosissimum. *¶* cui opponenda sunt

Motiva. dilectio proximi, propria consideratio, pia alieni, suc-
ti interpretatio, futuri omnium iudicii recordatio. *¶*
Jobum imitemur, qui c. 35. sibi attendens verèbatur
omnia opera sua: quare meruit. *¶* ab ipso Deo sic lau-
dari: Numquid considerasti servum meum Job, quod ei
non sit similis in terra, homo simplex, & rectus, & ti-
mens Deum, & recedens a malo; quod Diabolo dicitur
est, quia ait 8. Aug. in 2. 118. in verum est falsum ju-
dicium Diaboli, dum temere iudicavit circa s^{um} Job.
Dicamus cum Davide eod. 2. Amputa opprobrium me-
um, quod suspicatus sum, quia iudicia tua iucunda,
Curemus prius nosmetipsos, si aliis mederi volumus;
& cum simus cæci, ne de coloribus iudicemus: visum
prius in nobis acuamus, & omnibus nos inferiores re-
putemus

etiam si manifestum videamus proximi peccatum excusemus intentionem, si non possumus actionem; credamus jam penitentem, quem prius videramus errantem, memores, quod Deus de lapidibus suscitavit filios Abrahæ &c.

Busanus, Lancizius, Drexelius, Grandænsis, Engel-Auctores. grave, Fliber, Stapletonus, Longius, Mansi, &c.

TITULUS LXXIX.

Juramentum

Juxta S. Thomam 2.2. q. 89. a. 1. est tacita vel expressa Dei tanquam primæ & infallibilis veritatis in testem aliquid rei vitiosa invocatio, seu facta sine utilitate necessitate, aut veritate; si fiat simpliciter vocatur Juramentum invocatorium seu Contestatorium; si addatur pœna alicujus imprecatio, Execratorium, vel imprecatorium; dum sine necessitate aut utilitate, & merarium; si iuretur res aliunde illicita, injustum; ac si desit veritas Perjurium appellatur.

Jerem: 4. & jurabis. vivit Dominus in veritate, & justitia, & iudicio, Hebr: 6. Homines per majorem sui jurant, & omnis controversiæ eorum finis ad confirmationem est juramentum. Levit: 19. Non perjurabis in nomine meo, ut nec pollues nomen Dei tui. Deut: 5. Non usurpabis nomen Dei tui frustra; quia non erit impunitus qui super re vana nomen ejus assumpserit, Matth: 5. Ego dico vobis, non jurate omnino, neque per cælum, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum est pedum ejus, Jac: 5. Ante omnia, Fratres mei, nolite jurare neque per cælum, neque per terram, neque aliud

aliud quodcumque iuramentum. *Sed autem sermo vester, est, est: non, non, ut non sub iudicio decidatis.* Eccl: 3. *iurationi non assuescat os tuum: multi enim casus in illa;* *ibid: Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet a domo ipsius plaga;* Eccl: 27. *Loquela multum iurans horripilationem capiti statuet, & irreverentia ipsius obhursatio aurium;*

ex 55.
Patricius
& Doctoris

S. Chrysost: ho: 9. in acta. *apost: iuramentum est fidei iussio, ubi mores fidem non habent;* S. Aug: l: 2. de ser: Dni in monte.

Nemo novit, nisi qui expertus est, quam difficile sit, consuetudinem iurandi extinguere, & nunquam temere facere, quod nonnunquam facere necessitas cogit, & in Ps: 88. Bene prohibetur iurare, ne consuetudine iurandi, quia potest homo falli, etiam in perjurium prolabatur, & in Ps: 7. iurare per execrationem gravissimum iuris iurandi genus est, ac ser: 28. de verb: Di: Jac. *Falsa iuratio exitiosa est, vera iuratio periculosa est, nulla iuratio securi est;* S. Hier: ad Celant. *Iurare lingua tua propterea ignoret, tantus que in te sit veri amor, ut quidquid dixeris, iuratum putes;* S. Chrysost: ho: 11. in Acta. *Non ita pungit ensis, sicut iuramenti natura; non sic occidit gladius, sicut iuramenti plaga. Si alium iurantem videris, cohibe, veta, & curam tuorum gere servorum;* & ho: 19. ad pop: *Abn pejerare tantum, sed & iurare quodcumque diabolicum est, & tota maligna machinatio. Audisti quod utique iuramenta sequantur perjuria;* & ho: 17. ad pop: *Sicut quocumque falx incurrit, non solum secum arripit, verum & caput amputat; ita & pena iurantibus ingruens est difficillima, nec prius absistit, quam*

quàm quòd suum est tollat. 9.

Duo mercatores Colonienses, cum in vendendis mercibus jurare nullum consuevissent. ^{Laetitia} _I literum omnino reportare non poterant; sed ex Confessarii consilio per duos annos a juramenti abstinentes brevi tempore bitissimi sunt effecti. ^{Cassius l. 5. c. 17.}

Cum Godovinus Regis Eduardi Sacer ad mensam adhibitus, & necis Alfredo Principi illata insinulatus dixisset: si ego hujus mortis conscius sum, panis iste fauces mihi obstruat; post factum a Rege crucis signum super panem, ita is fauces perijuri occupavit, ut intercluso spiritali in ipso loco extinctus sit. ^{Abad: in vit. s. Eduardi 3. jan.}

Clinias è Pitagorea secta, licet per juramentum verum mulctam 3. talentorum evadere potuisset, maluit tamè injuriam pati quàm jurare. ^{S. Basil: ho. de leg. lib: gent.}

Juramentum est vitium Deo maxime injuriosum, ^{Abotica} _I audientibus scandalosum, proferenti perniciosum, iram Dei provocans, quod quanto facilius potest declinari, eo minus excusabile convincitur, & si ex Plutarco hominam liberum jurare dedecet, quanto plus Christianum, Religiosum, Perfectionis avidum? unde Isocrates ad Damon: dicit: Bonos viros decet, ut eos mores adferre videantur, qui sunt iurejurando firmiores.

Buseus, Drexelius, Bouhemàn, Speculum exempl; ^{Auctores.} _I Da-
vrolhii, Langius, Dadræus, Marchantius, &c.

Titulus LXXX.

Justitia

est habilis voluntatis inclinans ad suum cuique tribuendum, seu, ut Justus s. Anselmus explicat in l. ^t _I cur
Deus ^{Definitio} _I ^{essentia}

254
Deus homo: justitia est animi libertas tribuens uni-
cuique suam propriam dignitatem, majori reverentia
pari concordiam, minori disciplinam, Deo obedientiam,
sibi sanctimoniam, inimico patientiam, egeno opero-
sam misericordiam. Dividi solet in Distributivam,
quæ pœnas & præmia pro meritis distribuit; Commu-
tativam, quæ in Contractibus exercetur, & Legalem,
quæ Communitatis, & publici boni satagit.

Ex Sacra
Scriptura

Math: 22. Reddite quas sunt Cesaris, Cesaris; & quæ
sunt Dei, Deo; Eccl: 4. Usque ad mortem certa pro
justitia, & Deus expunabit pro te inimicos tuos; Rom:
13. Non est potestas nisi a Deo, ... itaque, qui resistit
potestati, ordinationi Dei resistit; Ps: 105. Beati qui
custodiunt iudicium, & faciunt justitiam omni tempo-
re; Prov: 16. Melius est parum cum iustitia, quam
multi fructus cum iniquitate; Deut: 25. Non habebis
in sacculo diversa pondera, majus & minus; nec erit
in domo tua modius major, & minor: ... ut multo vivas
tempore super terram; 2. Paral: 19. Videte, quid fa-
ciatis; non enim hominis exercetis iudicium sed Dei.
& quodcumque judicaveritis, in vos redundabit; Exodi
23. Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec
in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, ut a vero
deviës; Deut: 25. Pro mensura delicti erit & plagarum
modus; Eccl: 7. Noli querere fieri iudex, nisi virtute
valeas irrumperè iniquitates; Levit: 19. Non conside-
res personam pauperis, nec honores vultum potentis.
Iuste iudica proximo tuo.

Ex ss: 25.
Cassiod: sup: 25.

Justitia non novit Patrem, veritatem

novit, personam non accipit, Deum imitatur, S. Aug. 1.4. de Civ. c. 4. Remota justitia, quid sunt regna, nisi latrocinia? & de ver. rel. Sabundinem correctionis amor Christi temperet, & dilectionem proximi sal justitiae condiat, S. Ambros. 1. 1. offic. Magnus justitiae splendor, quae aliis potius nata, quam sibi, communitatem & societatem nostram adjuvat, excelsitatem tenet, ut suo iudicio omnia subjecta habeat, apem aliis ferat, pecuniam conferat, officia non obruat, pericula suscipiat aliena, & ser. 20. in Ps. 118. Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, sed iuxta leges & iura pronunciat, sicut se habet negotii natura decernit, examinat causae merita, non mutat, item: Discite iudices saeculi, quem in iudicando tenere debeatis affectum, quam sobrietatem, quam sinceritatem; Bnus omnium dicit: no possum a me facere quidquam, sed sicut audio, iudico, hoc est, non ex mea voluntate decerno, quod libitum sed ex iudicandi religione quod iustum est: ideo iudicium meum verum, quia non voluntati meae indulgeo, sed equitati.

Abbas Pastor rogatus, ut saltem litteras deprecatorias ad iudicem mitteret, ut nepotem iuste comprehensum a poena libera ret, scripsit postulans ut pro merito puniretur. Spec: Exempt. 1. dist. 2. ex. 79.

Rudolphus imperator, noluit Othaccarum Bohemiae Regem, & sibi infestum hostem privati interfici, ne (dicebat id suadentibus) justitiae & moderationis fines transeamus. Aeneas Sylvius l. 3. tom. in res de just.

Ad vocatus quidam qui plures injustas tractaverat causas post mortem sine lingua inventus est, iusto Dei iudicio,

quo effectum est, ut linguam perdidit moriens, quam vivens toties vendiderat. *Casus: l. ii. Hist. c. 46.*

Similia. Debet iudex ut lingua statera in medio partium persistere, donec rationum pondus ad alterutram inclinet; & ut singulum corporis medium occupat, quin ad superiorem præ inferiori partem divertat, ita iustitia inter divitem & pauperem, usque dum æquitas prælationem suggerat, &c.

Motiva. Moveat ad exercitium huius virtutis rectitudo, utilitas, dignitas, & necessitas tam pro communi, quam pro bono cuiusvis particulari. Ad illius acquisitionem conducunt

Motiva. Præsentia & amor Dei, Sapientiæ studium, amor ordinatus amicorum, Amor item pacis & concordia, inculpata mens ac intrepida, fervens que ad ea omnia oratio.

Conclusio. Accedat Eiusdem virtutis spirituale emolumentum iuxta illud Sap: 8. Si quis iustitiam diligit, labores huius magnas habent virtutes, immo & temporale ex Math: 6. Quærite primum Regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adjicientur vobis, & quidem ex Prov: 11. Non proderunt divitiæ in die ultionis: iustitia autem liberabit a morte, æterna scilicet solis parata iniustis & criminum iudice summo ac vindice æquissimo, rectissimo, inflexibilissimo.

Auctori. Lud: de Ponte, Joan: Piusæus, Jac: Alvarez, Pet: Sanchez in Regno Dei p. 6. c. 7.

Titulus LXXXI.

Labor.

Definitio & Divisio. Est serâ animi vel corporis hominis occupatio; quæ est animi, Labor mentalis, quæ corpore exercetur corporalis appellatur.

xx. 3. Scribitur. Gen: 2. Fecit ergo Deus hominem, & posuit eum in

Paradyso voluptatis ut operaretur & custodiret il- 257.
lum, Prov: 6. Vade piger ad formicam, & considera
vias eius, & disce sapientiam, Eccl: 7. Non oderis labo-
riosa opera, & rusticationem creatam ab Altissimo, e. u.
Mane semina semen tuum, & vespere ne cesset manus
tua, 2. Thes: 3. Si quis non vult operari, non mandu- cat
job: 9. Homo nascitur ad laborem, Gen: 3. in sudore
vultus tui vesceris pane, Eccl: 25. Quae in iuventute tua
non congregasti, quomodo in senectute inuenies, Prov: 10.
Egestatem operata est manus remissa, manus autem
fortium divitias parat, & c. 13. Anima operantium im-
pinguabitur, Sap: 10. iustum deduxit Dominus per vias
rectas... honestavit illum in laboribus, & complevit labo-
res illius, Eccl: 5. Dulcis est somnus operanti... saturitas
autem divitis non sinit eum dormire, Apoc: 14. Beati-
morui qui in Domino moriuntur, Amodo jam dicit spiritus,
ut requiescant a laboribus suis: opera enim illorum se-
quuntur illos,

S. Bern: de vit: solit: Serius animus & prudens ad om-
nem se comparat laborem, semper pra oculis habes
non tam quod agit, quam quod agendo intendit, idem
sup: Cant: Qui in labore hominum non sunt, in labore
perfecto daemanum erunt, S. Chrysost: in 2. Thes: 3. Deus
ponit hominem ad laborandum, artusque ejus ad
hoc effinxit. idcirco otiosus ab ordine suo, & creatione
deficit, S. Basil: in reg: 27. hisor: Qui nobis vires ido-
neas ad laborandum suppeditavit, in die iudicii pa-
rem quoque in laborando industriam reparcet, S. Gre-
gor: l. 7. mor: c. 6. Homo ad laborem nascitur, & avis

ad volatum, quia inde mens ad summa volat, unde caro in infimis diutius laborat; S. Hier: in ep: Nil labor durus videri debet, quo gloria aeternitatis acquiritur.

Exempla S. Humbertus, licet jam fore decrepitus, ad ultimum usque vitae suae triduum laboribus manualibus se constanter exercuit. S. Bern: de ejus obitu.

Alphonsus Rex, cum à Matthæo Siculo eximia sanctitatis viro reprehensus fuisset, quòd manibus laboraret, subridens respondit: Numquid Deus & natura Regibus frustra manus dederunt? Panorm: l. 2. de reb: Alphonsi.

Simon Murarius Soc: Jesu post mortem S. Petro Scarga Collegii Vilnensis Rectori totus splendidus sed in manibus precipue apparuit, hujusque majoris splendoris causam esse dixit, quòd manibus illis specialiter pro Dei gloria laborasset. Sancizius Opusc: 19. n. 10.

Motiva. Excitemur ad laborandum exemplo Christi Dñi, Seipara, & Sanctorum; nec non ipsius laboris multiplici utilitate, securitate, jucunditate, ac necessitate; cavendum tamen ne infructuose laboremus, sed in nomine Dñi la-

Media. xantes refia cum Patre Petro ad dexteram, ut multa nobis capiamus merita; non ad sinistram, unde nil educemus, etiam tota vita laborantes. Laboremus ma-

(Act: 20) nibus cum S. Paulo ad ea quae nobis opus sunt; Laboremus quoque in gemitu ulm Davide Ps. sicque fructum laborum nostrorum percipiemus copiosissimum.

Auctores. Nicolaus Sancizius Opusc: 15. Henr: Engelgrave Dom: Septimag: Langius & Beyrlinck hoc verbo et

Pit.

Lacrymæ

ex Physicorum sensu, sunt Humor excrementitius sero similis in cerebro, venisque oculorum latens, & forti harum venarum compressione expressus. Dividuntur in Naturales, seu ex naturali causa ortas, & Pias sive ex supernaturali motivo provenientes, vel ad finem talem directas. de his huc sermo nobis erit, & in specie de iis quibus peccata deservitur. 9

Jer: 9. Quis dabit capiti meo aquam, oculis meis fontem lacrymarum? Ps: 6. Lacrymis meis strabim meum rigabo. Luc: 23. Nolite flere super me, sed super vos ipsas flete. Ps: 118. Exiit aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Joel: 2. Convertimini ad me, in toto corde vestro in flehi, & plangit. Tob: 2. Quando orabas cum lacrymis, ego obliuli orationem tuam Dño. Eccl: 7. Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii. Matth: 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Ps: 125. Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent. 9

S. Greg: in Registro. Irriguum superius accipit anima cum se lacrymis regni caelestis desiderio affligit. irriguum vero inferius accipit, cum inferni supplicia flendo perfruerit. S. Pet: cellens: De panibus c. 72. Sterilis est omnis effusio lacrymarum, quæ non effunditur propter regnum caelorum. S. Chrysost: ser: 93. Deus delinquentium gemitus esurit, silit lacrymas peccatorum. S. Leo: Religiosa tristitia, aut alienum peccatum lugeat, aut proprium. S. Chrysost: l: 7: de pan: Nullus peccati ignis est, & modica lacryma illum exinguit, & Ser: 93. Quanta vis in lacrymis

260 mis peccatorum: rigant caelum, terram diluunt, ex-
tinguunt gehennam, delent in omne facinus latam
divina promulgatione sententiam, S. Bern: s. 1. in octav.
Pasch. Est et baptismus aliquis in lacrymarum assidui-
tate; & quoniam baptismi sacramentum iterari non li-
cet, qui saepe in multis offendimus, frequenter oportet ab-
lutione suppleri, S. Hier: c. 78. in isaiam: Oratio Deum
tenet, sed lacryma cogit, S. Ambr: sup: Luc: O lacry-
ma humilis, tua est potentia, tuum regnum, tribunal
iudicis non vereris, inimicorum tuorum accusationibus
silentium imponis. quid phitra? vincis invincibilem, li-
gas Omnipotentem, S. Bern: in ser: Deliciae Angelorum
sunt lacrymae nostrae, & delectabiles lacrymae penitentis
S. Aug: in ps: 127. Dulciores sunt lacrymae orantis, quam
gaudia theatrorum, ~

Exempla. S. Ludov: Bertrandus assiduo flebat, & interrogatus dice-
bat: cur non fleam amarissime, cum non certo sciam, an
aeternae salutis compos sim, futurus? hinc vit: c. 4. ~
Arsenius Abbas sine intermissione lacrymabatur eo quod
tam diu à caelestis patriae ingressu suspendi se videret.
Matthias Faber Com: 7. in Dom: 3. post Pascha. ~

S. Mamertes, ubi urbem Viennensem in Gallia flammis ac-
censam vidit, monuit assiduo, aquam potius oculorum
quam fluminum restringendam. Engagr: ho. 1. 24. p. 2. ~
Seneca de se ipso dicit: cur fleam scio, nempe ob me ipsum:
nondum reperi cur rideam. Seneca in Consolat: ad Polyb: ~

similia. Lacrymae charitate Dei calefacti, sicut vapore a Sole rare-
facti, ad caelos usque ascendunt; per ipsas anima purifica-
tur; ut copiosis imbribus aer; earum inopia durescit, si-
cut

cut terra sine aqua; ac per easdem ignis concupiscentia
extinguitur ut per aquam incendia. unde patet lacry- ²⁶⁷
marum equitas, necessitas, utilitas & iucunditas.
Nunc teste Chrysologo, Christus per illa verba Matth: 18. Ni-
si efficiamini sicut parvuli non intrabitis in regnum caelorum,
nos hortatur ad lacrymas copiosas ac continuas ad instar ^{Conclusio.}
parvulorum, qui sicut lacrymis oblinere solent a parenti-
bus, quae alias non assequerentur; sic & nos respectu Dei
per pias amoris vel doloris lacrymas.

Engelgrave, Lancizius, Faber, Stanifon, Drexelius, ^{Autores.}
Beyrlinck, Granatensis, Langius, &c.

Titulus LXXXIII.

Laus

Definitur ab Aristotele 1. Rhet: Sermo elucidans virtu- ^{Definitio,}
tis magnitudinem. Laus vera quae ab honestis oritur ^{in laude.}
peribit; quae secus falsa est: quae seipsum quis lau-
dat Laus propria; quae alterum, aliena dicitur.

Ecc: 44. Laudemus viros gloriosos... sapientiam ipsorum ^{ex Sacra}
narrent populi, & laudem eorum nuntiet ecclesia. ^{Scriptura.}

Ante mortem non laudes quemquam; c. 27. Quomodo
probatur in confatorio argentum, & in fornace aurum,
sic probatur homo ore laudantis; Ps: 63. Laudabuntur
omnes recti corde; 1. Cor: 4. Non qui seipsum commendat
ille probatus est, sed quem Deus commendat.

S. Aug: de ser: Dni in monte: Securitas laudis in laude ^{ex Patribus.}
Dei est; ubi laudator securus est; ubi non timet, ne de
laudato erubescat; S. Greg: in mor: Saepe bono operi,
dum laus humana obviat, mentem operantis immu-
tat

262. *tat, quæ quamvis quæ sita non fuerit, tamen oblata
delectat. Item: Laus sua, justos cruciat, iniquos exul-
tat; sed justos, dum cruciat, purgat; iniquos, dum laci-
ficat, reprobos monstrat. Cassiod: l. 1. Epist: justum est,
ut bene gerentibus laudis tribuatur assensus, S. Greg:
Nazianz: in serm: Præcipuum beneficium est in rebus
honestis laudari: laus enim parit æmulationem, æmu-
latio virtutem, virtus felicitatem, S. Greg: l. 1. mor: Qui
inchoate virtutis ab humano honore laudem receperit,
quasi plantati ligni fructus ante tempus comedit. &
cum pro recto opere laus transitoria queritur, æterna
retributione res digna vili pretio vendidatur, S. Chrys:
ho: 3. in Malth: Si te ipse laudaveris, nequaquam lau-
daberis a Deo; ita è regione si te ipsum quasi miseru
lugeas, nunquam te ille prædicare cessabit, Kempens:
l. 2. c. 6. Magnam habet cordis tranquillitatem, qui
nec laudes curat, nec vituperia. non es sanctor si lau-
daris; nec vilior, si vituperaris.*

*Exempla. S. Marcianus, quamvis magna facere posset, & faceret
miracula, studebat tamen celare virtutem prædonis vir-
tutis suspectas habens machinas. Theodor: s. 2. rel. hist: 9*

*similia. Sicut thesaurus manifestus minuitur, ita & virtus publi-
cata deperit; & ut cera solvitur à facie ignis, sic anima
per laudem resoluta perit ab intentione sua. Unde mo-
net S. Aug: tr: 8. in 4. Joan: Noli ad laudem tuam operari*

*Motiva. bonum, quod agis, sed ad laudem illius, a quo habes, ut bo-
num agas, & sic de laude sensit ipse Seneca l. de mori:
Bonum est, inquit, laudari; sed præstantius est esse lau-
dabilem, & Agesilanus, teste Plutarcho dicebat, sibi ju-
cundum*

candum esse laudari ab his, qui & vituperare non vere-^{963.}
rentur, si quid displicuisset.

Lancelzius, Granatensis, Stapletonus, Drexelius, ^{Auctores.}
Langius, &c.

TITULUS LXXIV.

LECTIO SPIRITUALIS.

Describitur à Jacobo Alvarez to-2. l-3. p-5. sec-2. & 2. ^{Definitio}
per hæc verba: Spiritualem lectionem vocamus, quæ
mysticos libros, & spirituales tractatus evolvimus, in qui-
bus non solum rerum spiritualium notitiam, sed multo
magis earum gustum, & affectum quarimus. Dividitur ^{in duas}
a Sigrono & aliis in Præceptivam in qua, ad morum
directionem pertinentia documenta legimus, Exemplarē
dum scilicet gesta & exempla, ac Affectivam in qua, ad
lectorum praxim accendimur.

1. 1. Timoth. 4. Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. ^{et Scripturæ.}

Noli negligere gratiam, quæ in te est per occasionem le-
gendi oblat a Deo oblatam, Ps. 119. Lucerna pedibus me-
is verbum tuum, & lumen semitis meis, Declaratio sermo-
num tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis.

2. 1. Tim. 3. Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est
ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad
erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei, ad
omne opus bonum instructus, Apoc. 10. Accipe librū
& devora illum, & faciet amaricari ventrem tuum, sed
in ore tuo erit dulce tanquam mel.

3. S. Joan: Damasc. Nihil animarum salutis conducibilius ^{ex Patris.}
quàm divinas Scripturas scrutari; quemadmodum eni
lignum plantatum secus decursus aquarum, ita etiam

264. anima divina scripturae fluentis irrigata saginata;
S. Hier: ad Rustic: Amate scientiam Scripturarum, &
carnis vitia non amabis; Pet: Cellens: l. 3. ep. 12. Discur-
re Scripturarum amenissimos campos, lege tanquam
apis, & reconde in alveolo memoriae suavissimi odo-
ris flores, Castitatis lilium, olivam Charitatis, patien-
tiae rosam, uvas spiritualium charismatum; S. Chrys:
ho: 31. in joan: Perpicuum est spirituali lectione ani-
mam sanctificari, & gratiam Spiritus Sancti affatim infun-
di; S. Pet: Dam: l. 6. ep: 29. Mens tua divinis se volumi-
nibus occupet, his intenta pervigili semper instantia per-
severet: his antiquus insidiator cum te videt intentum,
velut hostem sicut armatum, & timet continuus aggredi
donec te conspiciat his telis, & impenetrabili, ut ita fate-
ar, lorica muniri; ~

exempla. S. Augustinus, S. Justinus M. S. P. Ignatius & alii plu-
rimi lectione spirituali ad Deum conversi sunt. ~

Cum S. Francisca Romana pios aliquos haberet
libros spirituales que tractatus, demones in hoc sollici-
te incubuerunt, ut si possibile foret aliqua eorum folia
abjiceret; quin & dum S. Matrona ex eis unum quon-
dam legeret ei auferre conati sunt. vit. l. 2. c. 19. ~

S. Hieronimo mente in judicium raptose Christianum
profitemi dictum est a iudice: non es Christi-
anus, sed Ciceronianus, quod nempe ille nimium qua-
tum Tullio aliisque profanis legendis delectate-
tur. id ipse sanctus libro enarrat in Reg: mon: ~

similia. Sunt Libri Sacri nervi sunt sed pia opera perfici-
enda juvantes, mentem in meditationibus moventes.

et in oratione, cum laetis spiritum ad sensum verborum
coniungentes, atque ad pectus motus deversientes. Sicut ci-
bus & potus corpus recreant, roborant, & adanant: ita
libri sui respectu animae, qui, velut troa se hant mili-
tes ad bellum convocat, victoriamque praenuntiat, in-
cogitationes pias congregant ad animae hostes devellendos.

Moveat lectionis sacra ad perfectionem utilitas, ad *Motiva.*
occurram, pia consilia danda, sancta colloquia institu-
enda, meditationis, indeque virtutum omnium studium
acquirendum; si tamen constanter attente, paritate *Media.*
humiliter, & affective legatur, adhibita legendorum e-
lectione, oratione praemissa, consilio a confessorio vel alio
interioris sui consilio accepto, ac frequenti lectorum
ruminatione, & ad se applicatione.

Titulus LXXXV.

Liberalitas

iuxta S. Augustinum est virtus ad liberales largitiones
pecuniarum sine spe retributionis inclinans, ut si in
piis operibus impendantur onus, si egentibus subvenia-
tur etiam non petentibus, alit saltem liberali affectu, si
de presenti non possit, ad ea quis sit paratus.

Definitio
& *Actus*

Eccl: 35. In omni dato hilarent fac vultum tuum, & in ex-
ultatione sanctifica decimas tuas. Act: 20. Beatius est
magis dare, quam accipere, Prov: 21. Donum abscon-
ditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem
maximam, & c. 11. Alii dividunt propria, & ditiores
sunt: alii rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.
Eccl: 35. Oblatio iusti impinguat altare, & odor suavi-
tatis est in conspectu Altissimi. sacrificium iusti accep-
tum

ex script.

266
tam est, & memoriam eius non obliuiscetur Dominus.
quoniam Dominus retribuens est, & species tantum red-
det tibi.

ca. 1. s. Ambr. l. 1. Offic. Non est perfecta liberalitas, si iactan-
tia magis causa, quam misericordia largiaris: affectus
tuis nomen imponit operi tuo. Affectus diuitem colla-
tionem facit, aut pauperem, & pretium rebus imponit.
hinc Christus dicitur uicem uiduae illius diuitum muneribus
praetulit, s. Bern. ad Eugen. Nemo inuitus benefacit, eti-
am si bonum est, quod facit; quia nihil prodest spiritus
timoris, ubi non est spiritus charitatis, s. Greg. l. 19. mor.
Nunquam est uacua manus a munere, si arca cordis
repleta est bona uoluntate, s. Chrysost. hom. 27. in Gen.
Non putemus aliud, cum benefacimus aliis, quam quod
magnum quoddam beneficium apud Deum deponamus.
nam ipsi sumus, qui beneficio fruimur, & multum hinc
inde nobis conciliamus, s. Greg. Nyss. tr. de paup. amand.
Nihil tam diuinum habet homo, quam de alijs bene mere-
ri, item: Liberalitas est felicitatis comes, hac est omnium
virtutum laudatissima: hac asidet Deo, & magna est
cum ipso necessitudine conjuncta.

exempla
Leo X. Pontifex purpuream crumenam quotidie aureis
nummis sibi repleri iubebat ad incertas exercenda libe-
ralitatis occasiones, hinc que minus ubi que largita-
tis actiones exercuit, ut Refert Iouius l. 4. vit.

Motiva. Liberalitatem suadent, eius aequitas, utilitas, iucunditas,
& dignitas, qua Dei imitatores efficiuntur, qui non desunt
benefacere etiam ingratis: unde & ipse Seneca dixit l. 3.
de benef. c. 18. Qui dat beneficia Deos imitatur, qui
reperit, faeneratores, & l. 4. c. 14. Si Deos imitaris, da

etiam ingratiss: nam & sceleratis sol oritur, & pyrahis ²⁰⁷
maria patent & l. 2. c. 9. Quaedam beneficia palam
bunda, ut quidquid nobilita pulchrius fit, quaedam se-
creta, ut quae occurrunt egestati, ignominiae, ita ut nota
sint solis quibus prouent, itaque l. 2. cap. 10. Haec bene-
ficii inter duos lex est, alter stultim obliuisci debet dari,
alter accepti nunquam.

Bernardin. Rosignolius, Jac. Alvarez & Albertus Mag. Auctores.
in paradiso anima c. 19. Lud. de Ponte & c.

Titulus LXXXVI.

Lingua

Est membrum animalis ad cibum gustandum, vo- ^{Definitio}
cemque formandam a natura ordinatum. ^{et diuisio.} Dividi
solet in bonam, & malam; illa est quae recta, & uulgaria
loquitur, ista uero quae prava, inuulgaria, uel pernicio-
sa profatur. Circumstantiae in loquendo obseruanda ^{Circums-}
sunt: Quid, cui, quomodo, ubi, & quando. ^{tantia.}

Ps: 17. Posui ori meo custodiam, & ossum circum- ^{ex Scrip-}
stantia labiis meis. Prov: 10. in multiloquio non de- ^{-tata.}
erit peccatum, & c. 29. Vidiisti hominem uelocem ad
loquendum? stultitia magis speranda est, quam illius
conceptio. Eccl: 9. Terribilis est in ciuitate sua uir
linguosus, & temerarius in uerbo suo odibilis erit.
Math: 12. Ex uerbis tuis iustificaberis, & ex uerbis tu-
is condemnaberis. Prov: 18. Mors & uita in manibus
linguae. Jac: 3. si quis in uerbo non offendit, hic
perfectus est uir, potens etiam freno circumducere
totum corpus. Prov: 17. Qui moderatur sermones su-
os, doctus & prudens est. stultus quoque, si tacuerit,

sapiens reputabitur, & si compresserit labia, intelligens c. 25. Os impiorum rediudat malis, Eccl: 5. Tempus tacendi, tempus loquendi, Eccl: 20. Homo sapiens tacebit usque ad tempus; lascivus autem & imprudens non servabunt tempus, Eccl: 11. Priusquam audias, ne quid respondeas; nec verbo dicentem interpelles, & c. 9. Omnis enarratio tua sit in praeceptis Admonitionis, Eccl: 28. Ori tua facito ostia & seras, Ps: 14. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo? qui non egit dolium in lingua sua, Eccl: 22. Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, ut non cadam ab ipsis, & lingua mea perdat me, Ps: 36. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium, Eccl: 21. Labia imprudentium stulticia narrabunt verba autem prudentium statera ponderabuntur, Prov: 12. Propter peccata labiorum ruina proxima ad malum.

et Patris.

S. Hieron: Lapis emissus sermo prolatus, ideo diu antequam proferatur cogitandus, S. Chrys: in cath: ad illum. Idcirco Deus linguam velut duplici muro voluit circumdari: nam dentium tegmine & labiorum custodia continetur, ne verba improvida garrulitate proferantur, S. Greg: Nyss: Idcirco & tenuis illa membranula, quae cum ipsa lingua mentum inhius devincit, frenum dicitur, ne inepte loquatur, S. Aug: in Ps: 38. Non frustra lingua in illo est, quia facie labitur, S. Ambr: l. 1. De Offic: Sapiens priusquam loquatur, multa considerat, quid dicat, cui dicat, quo loco & tempore dicat, S. Bern: to. 3.

to: 3. Sermon: de multiloq: a. 3. 2. 2 - Lingua radicalur
 in corde, ut consideret homo quod loqui debet, quod
 sentit in corde, si utile est: quasi natura ipsa humana
 clamet cum corde unitatem esse debere in corde & ore.
 & sicut unicum cor, sic sit unica lingua. S. Hier: ep: 14.
 Nescio qua conscientia & lingua quis Deum rogat,
 qua aut mentitur, aut maledicit, aut detrahit. S. Clim:
 schol: 3. ad grad: n. Si lingua te ulcerit, crede mihi quod
 dico tibi, nunquam poteris a tenebris mentis emergere,
 S. Laur: just: c. 18. de bit: mon: Lingua si moderatur,
 reddit hominem moribus ornatum, mente tranquillum,
 conscientia sincerum, & cunctis amabilem. S. Chrysost:
 ho: 77. in Matth: Quae venia nobis dabitur quando
 linguam, qua Deicam degusta vimus carnem, diaabo-
 li sponte linguam efficiamus? S. Bern: Unum verbum
 vno momento multitudine audientium aures infi-
 cit, & animas interficit. Idem ser: de tripl: custodia:
 Lingua maledica viperina est ferocissima, quae lethali-
 ter inficit tres vno ictu, illum qui loquitur, & de quo
 loquitur & quem verbis scandalizat. Sid: Stella in
 Silo: 19. Multo magis nocet lingua, quam manus;
 quia manus patent absentibus, sed non lingua, quae
 nocet absentibus, & etiam mortuis, & in secreto. S. Bern:
 quod: ser: Levis quidem sermo, quia leviter volat,
 sed graviter vulnerat: leviter transit, sed graviter
 urit: leviter penetrat animum, sed non leviter exit:
 leviter profertur, sed non leviter revocatur: facile
 volat, ideo charitatem facile violat. Kemp: l. 1. c. 20.

270. Facilius est omnino tacere, quam verbo non ex-
dere. Nemo secure loquitur, nisi qui libenter tacet.

exemplum. Abbas Disois de se dixit: crede mihi, jam 30. annis
Deum deprecor, & hoc unicum oro: Dñe Jesu, protege me
à lingua mea. *Reg. 64. n. 39.*

Cum quidam juvenis a viro Religioso cilicium pro
carne domanda petisset, hic os digito signans dixit illi:
vere optimum est cilicium, vigilantiter attendere, quid per
os huius hoc egrediatur. *Bruxel. in Phœnix. c. 61. §. 3.*

Sacerdos quidam malevolè homines diffamare solitus,
ante mortem in fursam actus tanta in se corde bacchatus
est, ut propriis dentibus linguam sibi lanciarit. *Spec. Eccl. die. 7.*

P. Ant. Aras tanta erat suavitare & pietate in collo-
quiis cum fratribus, ut ejus colloquia calamo clam exci-
perentur. *Ex lib. Inq. c. 12. §. 6.*

Zeno audiens ad adolescentem multa garrulentum dixit
illi: memento, os id binas nobis aures, & os unicum à na-
tura datum, ut sciamus, multum audiendum, parum lo-
quentium esse. *Sap. 1. 7. c. 1.*

similitudo. Sicut, ut cibus proficiat, non nisi præmasticatum de-
bet in stomachum introduci, ita ut verba prosint non
nisi præruminata debent in pulcritum exire, & ut cibus
sale, sic sermo consideratione debet condiri, verba que ut
aurum ponderanda sunt, & lingua ut thesaurus custodi-
enda, nec citra utilitatem dimovenda, quæ etsi parva so-
let ut scintilla magnum excitare incendium, ut serpens
mordet, pungit ut gladius, dissecat ut cultellus, ut virus
interimit, si ulique in his insinuata circumstantia non ob-
serventur, quibus servatis linguæ nil molius, nil utilius,
nil incundius, quæ Deus laudatur, & humanum exer-
tur.

tur, promoveaturque commercium: Ex his facile erues ^{Motiva.}
 mollia pariter & medica, ad cavendum linguæ usum, auribus ^{de Media.}
 sapius, quam lingua utendo, ut moneat Seneca.

Utinam illud linguarum obtineremus donum, quo ^{Conclusio.}
 imbuti Apostoli ceperunt loqui variis linguis magna laude
 Dei (Act. 2) prout Spiritus S. dabat eloqui illis: tunc ut
 ipsi, Deum lingua nostra predicaremus tuncis gentibus,
 & ingentes fructus de nostris sermonibus reportaremus, &
 bene dixit Seneca Ep. 38. Non multis verbis opus est, sed
 efficacibus, seminis modo spargenda sunt, est enim se-
 men verbum Dei, ex Luc. 8. ita ut non oporteat multis
 verbis pauca dicere, sed paucis multa; ex abundantia
 cordis os loquatur, sed prius his ad limam verba per-
 veniant quam semel ad linguam; nam locutum fuisse
 paucit multos, tacuisse admodum paucos.

Brexelius, Granatensis, Rodericus, Bussæus, Lan- ^{Auctores.}
 gius &c. **Titulus LXXXVII.**

Ludus

Ex Theologis & Juristis est quidam contractus, quo duo ^{Definitio.}
 vel plures inter se paciscuntur, ut victori cedat quod uter
 que disposuit. Litius est si omnes in eo requisita condi- ^{Divisio.}
 ones serventur, quarum vel una non servata, fit illicitus.

Isa. 65. Qui ponitis fortunæ mensam, & libatis super ^{ex supra.}
 eam, numerabo vos in gladio, Exodi 32. Sedit populus ma- ^{Superbia.}
 ducare & bibere, & surrexerunt ludere, Jer. 13. Non sedit in
 concilio ludentium. Job. 3. Nunquam cum ludentibus mis-
 miscui me, neque cum his qui in levitate ambulant, par-
 ticipem me præbui.

S. Cypri. de aleat. Christianus quicumque es, & alea ^{de Partibus.}

Ludis, hoc primo in loco credere debes, quia non Christianum, sed ethnicum tibi nomen est; S. Anton: p. 2. c. 23. s. 6. Vix est dare actum, in quo concurrant tot mala, quot ex ludo; quot enim in laxillis sunt puncta, tot scelera ex eo procedunt, unum gravius altero. Nullus confidit de lusore, quia semper timet ne furetur, ut ludat. Non est quasi aliquod vitium, quod reddat homines ita infames, & abominabiles sicut ludus, S. Bern: sen: to. 2. c. 16. Scelasti homines sunt lusores, quid enim est ludus nisi fomes iniquitatis & cupiditatis; item: Ludus est domestica praedatio, usuraria labe, mendaciorum atque nugarum sedula mater, fons divinae negationis, crudelis blasphemiae pater, corruptio populorum, scandalum proximorum, amissio temporis discordiarum origo. S. Cyr: de aleat: Si quis aleator Christianus es, tuus, & hereditatis tuae inimicus es, Avarin: apud Mansi disc: n. 3. Ludere latini auribus perdere significat; perdit enim qui ludit, perdit, frequenter sua, perdit non raro se, perdit semper tempus.

Exempla.

Anno 883. Moquantia homo quidam, qui vitam suam in tabernis inter laxillorum & chartarum lusibus transigebat, cum semel ludendo omnium quae habebat iacturam fecisset, cepit graviter stomachari, & post convivia conclusoribus dicta, Deum & sanctos impie blasphemare; dein in templum quoddam ingressus in sacras imagines lacerando & vulnerando impetit; sed ex vulneribus, o portentum! profuente cruore perterritus haesit immobilis sacrilegus, indeque in fragranti crimine deprehensus, capus, ignibusque consumptus est vivus. apud Mansi disc: s. n. 3.

Plato juvenem, quondam acriter propter ludum repre-^{273.}
hendit; qui moniti impatiens replicavit: sic objurgas ob rem
parvam: cui mox Philosophus: parvum non est assuescere.

apud Beyrinck. V. Alea
Sicut pharmacum, ut prosit, incerta dosi & mensura su-
mendum; ita ludus, qui ut vinum immoderate potatum
inesriat; moderate lachrycat; ita immoderatus animum tur-
bat, & in vitium degenerat; moderatus autem recreat, & ad
laborandum melius preparat.

Motiva. ludi immoderati vitandi dant abunde dicta SS. PP. Motiva.
supra, precipue illud S. Bernardini &c. & quidem per
ludum immoderatum, non humanae solum & divinae le-
ges violantur, sed & ipsius lex natura, alios decipiendo,
bonis spoliando, saepe probriis afficiendo, aliaque plura
quae sibi quis fieri nolle.

Titulus LXXXVIII.

Luxuria.

Est inordinatus appetitus venereorum, ut S. Thomas de-
finit 2.2. q. 255. a. 1. ^{Definitio.} ^{species.} Huius species sunt: Fornicatio seu con-
cubitus soluti cum soluta a voto, matrimonio, religione. Stu-
prum seu virginis invito defloratio; Raptus seu mulieris
violenta abductio; Adulterium, ubi unus vel uterque pec-
cans est matrimonio alteri tertio junctus; incestus cum in-
ter consanguineos vel affines usque ad 4. gradum habeatur
illicitus congressus. Sacrilegium seu per venerem rei per-
sonae sacrae violatio; & vitium contra naturam, ut con-
gressus a quo impossibilis est generatio: subdistinguitur que
in Mollitiem, Sodomiam, Bestialitatem, & Congressum ex
modo innaturalem.
Eius actus Cogitationes pravae, morosa in eis delectatio, pra-
va

va desideria, aspectus, locutiones, tactus impudicus, operis luxuriosi consummatio, ejusdem consuetudo, & inde ex S. Aug. quaedam necessitas.

ex S. Script. Matth: 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam jam mœchatus est in corde suo, Osee 5. Non dabunt cogitationes suas ut revertantur ad Deum suum, quia spiritus fornicationis in medio eorum, Eccl: 9. Cum aliena muliere non sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum, & non alterceris cum ea in vino, ne forte delinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem, 1. Thesal: 4. Sciat unusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderii, sicut & gentes quæ ignorant Deum, Eccl: 19. Qui se jungit fornicariis, erit nequam, pulredo & vermes hæreditabunt illum, Eccl: 9. Omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus in via, ab omnibus prætereuntibus conculcabitur.

ex PP. S. Hier: in Epist: Libido transacta semper relinquit sui pœnitentiam, & nunquam satiatur, & extincta reaccenditur, usu crescit & deficit, nec rationi pareat, quæ impetu ducitur. S. Bern: in Cant: Luxurice currus quadrigæ voluitur vitiorum, in gluvie videlicet ventris, libidine coitus, mollitie vestium, otii corporis quæ resolutione, S. Aug: in l. de hon: mul: c. 2. Inter omnia certamina Christianorum sola dura sunt prælia castitatis, ubi quotidiana est pugna, & rara victoria, S. Hier: in Epist: Venter mero astians cito spumat in libidinem, ex vicinitate enim membrorum sequitur confederatio vitiorum, idem apud Mansi: De hullo peccato legitur, di
xisse

xisse Deum, quod pœnituit se fecisse hominem, nisi de
 peccato carnis, pro quo totum mundum diluvis deleuit.
 Didac: stella in luc: 15. Luxuria est quidam ignis infer-
 nalis, cujus gula est materia, turpitudinis flamma, im-
 mundicia cinis, infamia fumus, tormentum finis, Hugo
 vict: de inst: mon: Luxuria animam inficit, corpori mor-
 bum ingerit, corpus inquinat, famam deflorat, pecuniam
 tollit, fœtet Deo, placet Diabolo, odibilis Angelis; ejus
 ignis descendit in infernum, fumus ejus vindictam petens
 ascendit in cœlum, S. Th: Villanov: c: 2. de S. iddef: Nullus
 ad Dei contemptum promptior, nullus ad malum perpe-
 trandum audacior, nullus ad persistendum in peccato te-
 nacior, quam luxuriosus. O quam acerbus est fructus
 luxuriæ, amarior felle, crudelior gladio; S. Greg: l: 31. mor
 De luxuria cœcitas mentis, inconsideratio, inconstan-
 tia, præcipitatio, amor sui, odium Dei, affectus præsentis
 sæculi, horror autem, vel desperatio futuri generantur.
 S. Remigius Rheimensis. Demptis parvulis, ex adultis prop-
 ter carnis vitium pauci salvantur;... Non esse homines sed
 jumenta declarantur, de quibus per prophetam dicitur
 (jer: 5) unusquisque ad uxorem proximi hinciebat; S. E-
 phrem c: 9. sup: attende: Quos occidere in eremo morsus
 serpentum non potuere, hos Madianitarum, fornicatio pros-
 travit, ut etiam idolorum victimas comederent; ~
 Angelus quidam, cum juxta cadaver transiens nullum Exempla.
 horrorem ostendisset; juvene autem libidinoso occurren-
 te nares obturrasset, quæsitus a Cliente causam facti, respon-
 dit, juvenem illum in conspectu Dei plus fœtere, quam ca-
 daver quantumcumque putridum. vit: PP: l: 6. l: 9. n: 18

276. Duo clerici hoc vitio infecti quodam vespere in agro
super gramina consederant, ac de mane locus eorum
quasi sceleris conscius ab omni rore siccissimus visus est
omnibus circumlocis abundantissimo rore infusus. Cantip: 12.
Apum. c. 30. n. 10

Luxuriosus Presbyter, dum necquicquam dehortante
Abbate nuptias celebrat, thalamumque ingreditur, semen
simul & animam effudit. Spec: Ec: dist: 1. ex: 96.

P. Matthæus Boys cum adhuc Novitius externa men-
sa adhibitus, verba aliqua impudica attulisset, tanto max
dolore, & iracundia exarsit, ut ex oculis lacrymæ, ex na-
ribus sanguis copiose profluxerit. Annua Soci: 1611.

Sed & Democritus, oculos licentiores evagari, nec redire sine
sævis cogitationibusprehendens, seipsum utroque privavit
lumine, nullens cæcus, quam impudicus esse. Anax: in Joseph: 14.

Similia. Luxuriosi se ut porci in luto volitant, immunda puris
Dei gratia eis preferentes, sed quoque, ut animalia dit-
tius in stercore idestia tandem computrescunt. Est que
Luxuria, ut linea, facile vestem gratia perforans, ut ci-
mex, animam inquietans, & tetrum compressa referens o-
dorem, est ebrietas mentem hebetans, vas est melle quo-
ad labia imbutum, sed veneno intus refertum, ut acu-
ta anima infixa spina, quæ vix potest avelli, ut un-
guis a punxione prius titillans, sed continuatione lace-
rans, ut sirena blandiens, sed devorans.

Motiva. Tantum aversemur vitium animæ & corpori pernicio-
sissimum, fædissimum, bestiale, insatiabile, & insanabi-

Media. le: quare occasiones ejus vel etiam remotissimas fugia-
mus, corpus castigantibus, servide orantes, Mariana de-
votioni sedulo incumbentes, otium detestantes, novissima

memorantes, sensus nostros sedulo scrutantes, humili-
tatem sinceram sectantes, ac Deum ubique presentem,
& influentem. practice considerantes; hęcque maxime prin-
cipiis obstantes.

Est enim Luxuria, ignis ille. (Job: 31.) usque ad perditionem
devorans, omnia eradicans genimina, & via inferni do-
mus ejus, Prov: 7. ei que convenit illud, Prov: 6. Numquid
potest homo abscondere ignem in situ suo, ut vestimen-
ta ejus non ardeant? Unde S. Th: Villanovanus Luxurio-
sos recte comparat Salamandra, quam scriptores in igne
nutriri & vivere aserunt. Principium luxuria sulphur est
seu vivacissimum ignis fomentum, & finis quoque sulphur
pre festore in inferno, juxta illud Job: 18. Aspergatur in ta-
bernaculo ejus sulphur; Nec habent excusationem Luxu-
riosi, ut acute notat S. Bonav: in parabola Cana magna
Luc: 14. ubi, qui uxorem duxit, non petit, ut ceteri, se excu-
satum haberi; additque Seraphicus Doctor: Per quod pale-
re potest, quam longe sint a Cana Dei luxuriosi, si uxo-
rem ducere ita hominem implicat, ut nil aliud cogitare
possit, ne quidem quo se excuset. P. Hieronias Drex-
elius brevis compendio damna & remedia luxurie his
verbis complexitur:

Conclusio.

Corpus, Opes, animam, ingenium, famam, virtutes
Debilitat, perdit, necat, impedit, inficit, aufert.
Olia, mensa, libri, vaga lumina, verba, sodales:
Hęc tolle, hanc minue, hos muta, hęc clande, hęc fuge, vita hos.

Buseus, Drexelius, Marchantius, Jac. Alvarez, Cassianus,
Granatensis, Doulreman, Carisius, Engelgrave, Faber,
Daurolfius, Langius, Speculum Exempl: &c.

Auctores.

Tit.

Titulus LXXXIX

Magia.

¶ Non duxi ex toto prætermittenda, quæ sub hoc titulo Exemplar nostrum pertractat etsi curiosa, quia non parum utilia ad crassos passim plebis errores depellendos: brevissime tamen mihi utiliora adnotabo.

Definitio. Magia in genere definitur à P. Martino Delrio; Ars seu facultas vi creata & non supernaturali, quaedam mira & insolita efficiens, quorum ratio communem hominum caput superat, illicita est, si expresse vel implicite ad eam quis adhibeat opem demonis; vel quod per eam efficitur aliquod nocumentum scienter inducat. Dividitur in

Divisio. Naturalem, Artificialem, & Diabolicam, de quibus suo ordine pauca.

Magia Naturalis. Magia Naturalis est, quæ ex naturalium causarum exactiori cognitione aliqua aliis mira fiunt, vel prædicantur. Ea primo cum aliis scientiis communicata fuit Adamo a Deo, a quo talis artis effectus proveniunt, non à cæli aspectu & influxu ut multi erroneè senserunt: unde quot quot mirabiles effectus experimur naturales, id virtuti à Deo illis causis modo connaturali applicatis donatæ attribuendum.

Artificialis. Magia artificialis illa dicitur, quæ ex humana industria discursu vel agilitate, insolita operatur, per quam tamè cælesti similis materia, scelerumve cursuum ac phenomenorum ab intrinseco imitatrix nequaquam potest produci, quidquid arroganter præsumperit Cornelius Drebellius; plura vero potest circa elementa, ut defac- to in variis compositionibus, mixtis, distillationibus, ra-

refactionibus, ope instrumentorum variorum exercitiis
demiramur.

Magia Dæmoniaca est, cum ex vi pacti cum dæmone *Dæmonica.*
initi quædam exercentur humanum capsum excedentia,
si ad arana & occulta dirigatur, dicitur *Divinatio*; si *ejus species.*
ad alterius damnum tendat, *Maleficium*; si bonum alle-
ri prestare intendat, *Vana observantia* nuncupatur.
Magie dæmoniæ causa præcipua Diabolus est, proxi-
ma vero humani ingenii post peccatum perversitas. Pro-
tum illud cum dæmone, vel est expressum, vel tacitum:
istud est, dum quis sciens, vel etiam ignorans usitur ma-
gicis signis diabolica virtute adaptatis; illud autem habet-
ur si quis per se, vel alium Magum per chartam, aut
solemnius sibi ipso dæmone apparente, se ei subjicit,
openque illius ad ea præstanda implorat. Hujus
Magie virtus *productæ* non extenditur ultra vires
naturæ: unde licet Magi plura exequantur miracu-
li speciem habentia, veris tamen exsolius Dei pro-
priis miraculis, utpote omnino falsa evanescent.
unde 2. non potest hæc Magia quidquam, revera ex
nihilò producere, aut producta annihilare; nec univer-
si ordinem turbare; sed solum abscondita corpora pa-
lam facere, patentia occultare, in aere perturbationem
excitare, distantissima celerrime approximare, pro-
xima elongare, & plura alia similia quæ passim nar-
rari solent, & de facto acciderunt ut videre est apud P.
Delrio: quæ tamen omnia vim ac virtutem naturæ
creatæ non excedunt; & si quando Diabolus aliqua o-
peratur quod naturæ spiritui repugnet, id ope corporis

280. assumpti exequitur. 9

Ex quibus sub inferitur, cum Delrio, ope demonis non posse corpora reipsa bilocari, aut compenetrari; nec animalia de una in aliam speciem transmutari; bene tamen sexus variari, senibus juveniles virtutes reddere, bestiis ac statuis articulatam locutionem præberi, sensus decipi, phantasiam disturbari, varios que in anima motus excitari: quia omnia hæc, hisque similia, iterum non excedunt naturæ creatæ vires, ut illa alia, illis que similia, que solùm apparenter, sicte, & hallucinative a demone fieri posse, verum est. 9

Maleficium. Jam Maleficium est illa species Magiæ, quæ dæmonis ope damnum alteri paratur, vel soporando ad securius præstandum damnum, vel variis artibus signis, instrumentis, potionibus & ad amorem excitando; vel variis aliis modis malum corporibus vel animis intendendo & inferendo: quæ omnia etsi per se Diabolus possit, mavult ea per suos maleficos homines præstare, ut & ipsis spiritualiter noceat, & major Dei resulet injuria.

Vana observantia est ea Magia superstitiosa, quæ commodum aliquod speratur ex re, quæ nec supernaturaliter eo perihet, neque naturaliter id præstare potest; ut si v. g. tempore Missæ dentes tangantur ut dolor eorum cesset præcise ex eo quod tali circumstantia tangantur.

Divinatio. Quoad Divinationem sciendum, a Demone vel ejus ope solum prædici certo posse, quæ a causis necessariis pendent vel que forte ex visu vel auditu, jam ipse evidenter novit, adhuc tamen occulta hominibus; non autem ullomo-

modo quæ liberè sunt futura; nisi probabiliter & conjecturaliter, atque universim in magicis predictionibus quibus multi incauti decipiuntur; verba solent esse adeo æquivoca, ut ad utranque contradictionis partem, faciant ut rectè notat. Delrilus, & experientia docuit.

Titulus XC.

Mansuetudo

Est virtus, quâ iram adversus eos, qui nos injuriâ afficere videntur, comprimimus & moderamur: v.g. dudita injuria, tacendo, iram inferius cohibendo, blandis verbis respondendo, injuriantibus benefaciendo, injurias oblivioni tradendo. &c.

Definitio
hæc est.

Ad Tit: 3. Admone illos non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad homines. 2 Tim: 2. Servum Dñi non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem. Math: 5. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Prov: 14. Responsio mollis, frangit iram, sermo durus suscitât furorem, Judith 9. Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Ps: 146. Suscipiens mansuetos Dominus, humilians autem peccatores usque ad terram, & 149. Exaltavit mansuetos in salutem. Eccl: 10. Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis, Math: 11. Discite a me quia mitis sum, Prov: 2. ipse deludet illusores, & mansuehis dabit gratiam. Eccl: 4. Declina pauperi sine tristitia atrem tuam, & redde debitum tuum, & responde illi pacifice in mansuetudine. S.

282. S. Chrysost: Mel semper sit in ore: per ora militamus

ca. Paris.

nihil nisi mellitum, nihil asperum, nihil amarum,
sed omnia cali digna, & hom: 58. in Matth: Malum
hominem tacendo & locum dando melius vincis, quā
respondendo, quia malitia non instruitur sermonibus
sed excitatur. S. Ambr: ad Verce: episc: Mansuetus ho-
mo cordis est medicus, item: Beatus qui severitatem
& mansuetudinem tenet, ut altero disciplina seruetur
altero innocentia non opprimatur, S. Valerius ap: Mans.
Non habet in eo locum pruina vitiorum, qui calca-
tis odiis integrum charitatis custodit affectum, S. G-
gor: l. 2. Dial: c. 4. Qualis quisque apud se lateat, con-
tumelia illata probat, S. Valer: ho: de bono pacis: In-
finita virtus est, odia vicisse beneficiis, nam ille inter
ceteros palmam perfectæ virtutis obtinet, qui ad
vicem veneni pocula dulci melle componit, S. Climac:
gr: 4. n. 42. Qui quotidie Dei causa convitiis agitur,
violenter seipsum per patientiam vincit, cum Marty-
ribus tripudiat, & inter Angelos liber, ut Angelis.
B. Elredus in spe: car: c. 7. Quid Divinæ tranquillitati
tam proximum, quā illa's contumeliis, non nocere,
inimicum & amicum eodem oculo intueri? Janson:
Mansueto homini totus mundus patria est, tot
que locis habet fundum, quot locis reperit amantes
S. Ephrem de vit: & virt: Beatus ac verè felicissimus
vir ille est, qui mansuetus est. S. Valer: sup: Duplex
patientiam manet victoria, hominem vicisse proprios
motus, & temperasse alienos, S. Bern: Dulcis est Jesus

in voce, dulcis in facie, dulcis in nomine, & dulcis in ^{283.}
opere, idem: Revolve Scripturæ seriem, & si quid in
Maria asperum repereris, de cætero eam suspectam
habeat, unde canit Ecclesia: Virgo singularis, inter
omnes mitis; Kemp: l. 2. imit: c. 3. Homo pacificus ma-
gis prodest, quàm doctus, ☽

Theobaldus Rex de se dicebat: mutavimus cum ^{Exempla.}
dignitate propositum, & si antea districte defendimus,
nunc clementer omnia mitigamus. Cassiod: l. 1. var:

Fr: Juniperus Ord: Min: nullis aliquando impeli-
tus contumeliis, vestimentum extendit dicens: Amice, pro-
jice huc liberè, imple gremium istud lapidibus pre-
tiosis, imple, ne timeas. Waking: an. 1270 ☽

P. Leonii Henriquez adhuc Novitio, petulantias in
templo exprobranti audientium quidam colaphum
audacter impexit, cui ille genuflexus gratias agens
sacrilegam manum ad osculum expetit. Hist: sac: l. 6. ☽

sicut vulnerum curatio blanda applicatione perfici- ^{Similia.}
tur, sic & vitiorum correctio mansueta monitione sua-
viter obtinetur, & sicut ignis alio igne excrescit, sic fu-
ror alio furore augetur, ille aqua extinguitur, iste ma-
suetudine debetur. Sicut apes emisso aculeo pereunt
sic homo explicato furore magnum sibi causat exili-
um, ut Mare tranquillum est vento cessante, sic man-
suetudo obtinetur superbia & vanitate deficiente, & cæ-
li instar sereni tenebris expers magnam tranquillita-
tem causat & jucunditatem

Hæc virtus & Deo gratissima est, & naturæ rationa- ^{Motiva.}
li commercio que humano maxime consentanea ☽
20

284. ad alios regendos & corrigendos utilissima, ~~ita~~ imo
& necessaria, ad quodvis impetrandum efficacissi-
ma, ad alias virtutes acquirendas conducenissima.
Eam ergo sectemur Christi tot exempla memorantes
Medita. & silentio, oblivione, immo & beneficiis injurias nostras
vindicanes, equo & pacato in prosperis & adversis per-
perstantes animo: & hoc pacto (ait Chrysost:) Christi
erimus discipuli, & magnam habebimus retributionem.
juxta illud Math: 5. Cum maledixerint vobis homi-
nes, gaudete & exultate, quoniam merces vestra co-
piosa est in caelis, imo & ex hac vita, quia mansuetus
omnibus gratus est & mundus totus post eum abit,
ut de Christo mitissimo ipsi falebantur judaei Joan: 12.
Econtra qui hanc non coluerit virtutem, magna vel
ex hac vita experietur mala: nam arcus nimis inte-
sus frangitur, ut fert aërio axioma, & nullum violen-
tum perpetuum, moderata durant, ut aliud habet.

Auctores Drexelius, Barry, Busæus, Jac: Alvarez, Bern:
Rosignolus, Franc: Arias, Engelgr., Faber, Beyrlinck,
Mansi, &c.

Titulus XCI.

Martyrium

In hoc Titulo Jure admodum & historicè procedit
Nostrum Exemplar, nil omittens, quod pium & erudi-
tum scire deceat Concionatorem: Nos tamen de ser-
vanda brevitate solliciti, ubi Pius Auctor sua incipit
exempla narrare, brevissimâ reflexione titulum concludere,
cætera nobis videnda relinquentes in Legendis, Mar-
tyrologiis, Historiis &c.

Est Martyrium. Testimonium veritatis fidei, vel ^{285.}
aliojus virtutis per mortis & persequente illata vel ^{Definitio.}
intentate tolerantiam. Non pauca circa Martyriū
disputant Theologi, quae hic referre, esset importunū.
Videamus nos <sup>in
num.</sup> scriptura & Patres habeant huc
facientia aliqua.

Matth: 6. Beati qui persecutionem patiuntur pro- ^{ex S. Scrip-}
pter justitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum, ^{-tura.}
et c. 10. Qui amat animam suam perdet illam, & qui
perdiderit animam suam propter me, inueniet illam,
1. Joan: 3. in hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam
ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro
fratribus animas ponere, 1. Pet: 2. Christus passus est
pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini
vestigia eius, Hebr: 12. Recogitate eum, qui talem sus-
tinuit aduersus semetipsum contradictionem, ut ne fa-
tigemini animis deficientes, 1. Cor: 2. Non sunt con-
dignae passiones hujus temporis ad futuram gloriam,

^{Pi. 119.}
^{Preliosa in}
^{conspicu}
^{2. Tim. 2. mors 25.}
^{et. s.}
^I
^{ex Patribus.}
S. Chrysost. Hom: in ep: ad Ephes: Nihil est aequè praeci-
uum, atque vincula pati propter Deum. Vinculum esse prop-
ter Christum praeciarus est, quam esse Apostolum, quam
esse Doctorem, quam esse Evangelistam, item: si quis mi-
hi daret totum caelum, aut Pauli Pauli catenam, hanc
preferrem. Non tam beatum existimo Paulum, quod
raptus sit in tertium caelum, quam eum censeo beatum
propter vincula, Clem: Rom: cor: 4. d. 4. Nihil ad am-
plificandam, & latius diffundendam Religionem aptius
Martyrio generose suscepto, propter insignem vim tam
ar.

ardui operis ad bonum prælucentis: hinc Perhillianus sanguinem Martyrum vocat semen Christianorum, S. Amor: l. de Resurr: fide. Morte Martyrum Religio defensa, cumulatæ fides, Ecclesia nõdorata est, vicerunt mortui, victi persecutores sunt: itaque quorum vitam nescimus, horum mortem celebramus: ipsa mors Martyrum præmium vitæ est; S. Leo in serm: de S. Laurentio: Cum omnium, Dilectissimi, summa virtutum, & totius plenitudo fusi hinc de illo amore nascatur, quo Deus, proximus que diligitur; in nullis profectò hic amor sublimius excellere, clarius que fulgere, quàm in Beatissimis Martyribus invenitur; qui Dño M. Jesu C. pro omnibus hominibus mortuo tam propinqui sunt imitatione charitatis, quàm similitudine passionis.

Quis in primis non demiratur Sanctorum Martyrum ex omni sexu, conditione & ætate innumerabilem multitudinem? tanta profectò est, ut non desint qui asserant computatione facta, quod si in singulos anni dies distribui Martyres deberent, pro die quovis quindecim millia assignari possent! O! copiosum Christi militum agmen, verè ex rubro candidatus Martyrum exercitus. sed ultrò mirabilis tortorum nequitia, & crudelitas detestanda, quæ tot passionum excogitarunt genera, ut Christi fidem, ac Christianam persequerentur pietatem; Christi Athletas sinestrandulantes, capite plectentes, igne comburentes, sagittis configentes, sclopiis occidentes, clava necantes,

287.
aquis submergentes, balneis jam gelidis, jam fer-
ventibus cruciantes, in scrobis alligantes, lapidibus
obruentes, Cruci affigentes, lanceis, hastis, aliisque felis
transfigentes, ferro, veneno, aliis que penè innume-
ris modis vitæ privantes: ipsis interim Martyribus
invicta perstantibus constantia, famem, siliam, car-
ceres & cruciatibus reliquos forti animo tolerantibus,
& Divina, juvante virtute superantibus, quos ut legi-
time certantes certantes coronavit Dominus corona de
lapide prelioso, aureâ, & expressâ signo sanctitatis
gloria honoris, & opus fortitudinis, ut canit Ecclesia.
tanta nos imitemur Martyrum exempla; & si non
obtingat cum tyrannis certamen, adversus vitia,
& cupiditates internum bellum geramus, quod, etsi
horrore mihius, diuturnitate tamen est illo molestius,
teste Divo Bernardo, indeque forsitan retributione
non inferius.

Titulus XCII.

Matrimonium

Est legitima viri, feminaeque conjunctio, ad consuetu- Definitio.
dinem vitæ individuanam inter ipsos conjuges transigendâ
divinitus instituta. Civiliter consideratum est merus con-
tractus, Ecclesiasticè autem, ultro est verum Legis novæ
Sacramentum. Dividitur in ratum seu jam contractum, Divisio.
& consummatum seu per carnalem copulam perfectum.
Multa hinc facientia tradunt Theologi, & Casuistæ, nos
hic solum quæ pro Concionibus parandis conducant
attendamus.

Prov:

288. Prov: 19. *Domus & divitiæ dantur à parentibus; à*
Domino autem proprie uxor prudens; Job: 6. Accipiens
virginem cum timore Dei, amore filiorum magis, quàm
libidine ductus, ut in semine Abrahamæ benedictionem con-
sequaris; Eph: 5. Unusquisque uxorem suam, sicut se-
ipsum diligit: uxor autem timeat virum suum, &
paritò antè: Viri diligite uxores vestras, sicut & Chris-
tus dilexit Ecclesiam. Mulieres viris subditæ sint, sicut
Domino, quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus Ca-
put est Ecclesiæ; Job: supra. Qui conjugium ita susci-
piunt, ut Deum a se & a sua mente excludant, & sua libi-
dini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est in-
tellectus, habet potestatem demonium super eos; 1-Cor: 7.
Quod si non continent se, nubant; melius enim est nu-
bere, quàm uri; Matth: 19. Erunt duo in carne una. Ita-
que jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus
conjunxit, homo non separet; 1-Cor: 7. Iis autem, qui
Matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus,
uxorem a viro non discedere; quòd si discesserit, manere
innuptam, aut viro suo reconciliari. & vir uxorem su-
am non dimittat. Eph: 5. Sacramentum hoc magnum
est: ego autem dico in Christo & Ecclesia;

ex Patribus. S. Aug: de 60: conj. c. 28. In nuptiis plus valet sanctitas
sacramenti, quàm facunditas uteri; & de 60: vid: c. 9.
Qua potest capere, capiat; qua se non continet, nubat;
qua non capit delibere; qua aggressa est, persevere; nulla
adversario detur occasio, nulla Christo subtraha-
tur oblatio: in conjugali quippe vinculo si iudicium
conservatur, damnatio non timeatur; S. Hier: in aliena

uxore omnis amor turpis est, in sua nimis. S. Fulg:
 ep: de conjug: deb: iustitia utendi coniugii haec est: ut
 non explenda libidinis, sed substituenda prolis affectu
 conjuges sibi misceantur congruo tempore... sic ergo
 ex nihilis quari debet fructus, ut cogitendus sit lubri-
 cae voluptatis excessus, S. Greg: l. 26. mor: Qui tenta-
 tionum procellas cum difficultate tolerant, conjugii
 portum petant: sine culpa enim ad conjugium ve-
 niant, si tamen meliora, necdum devoverint, S. Aug:
 l. 10. de inv: Dei: Habet etiam id bonum, Conjugium,
 quod carnalis, vel juvenilis incontinentia, etiamsi vi-
 tiosa est, ad propaganda prolis redigitur honestatem,
 ut ex malo libidinis aliquid boni faciat copulatio
 conjugalis, S. Ambr: l. de vid: Propemodum non inferi-
 oris virtutis est, abstinere coniugio, quo aliquando de-
 lectaverit, quam conjugii oblectamenta nescire, S. Ba-
 sil: de vera virg: Ita sunt honorabiles nuptiae, quan-
 do rationem conjugii non praet obscura voluptas,
 Conc: Trid: sess: 24. Matrimonii perpetuum, indissolu-
 bilem que nexum primus humani generis Parens divi-
 ni Spiritus instinctu pronunciauit, cum dixit: Hoc nunc
 os ex ossibus meis, & caro de carne mea,

S. Gorgonia S. Gregorii Naz: soror a deo futebatur
 se unam esse cum marito, ut propterea ex parte tantum
 baptizatum se putaret, quod maritus non esset bap-
 tizatus, ideoque tandem conversionem eius a deo pre-
 cibus impetravit. S. Greg: Naz: in orat: de s. Gorgonia

Exempla.

S. Monica, mirantibus aliis vxoribus quomodo cum

2^o marito infideli et tam feroce adeo pacifice vivente
respondit: marito saviente taceo & dissimulo, sicque
iram ejus frango; atque sic inflexi ut meam Chris-
tum colere cœperit. S. Aug. l. 9. Conf. c. 9.

Aristhenes adolescenti quærenti qualem uxorem du-
cere deberet? respondit: si formosam duxeris, habebis com-
munem; si deformem copulaveris, habebis pœnam. Talis
ergo ducenda vxor est: quæ nec fastidium viro moveat ob
deformitatem, nec ob insignem formam petatur ab adul-
teris. Lactius l. 5. c. 1. 2

similia. Sicut corpus & anima, stricissima copulantur unione
& mutua dependentia, sic debent maritus & vxor, pro quo
convenit esse conditione pares sicut metalla ut facile co-
hæreant; usus matrimonii debet esse ut cibi & potus,
non ad excessum & voluptatem, sed cum mod. ramine ad
sustentationem, ita & ad ptolis procreationem, & libidi-
nis remedium.

Motiva. & quidem triplex bonum matrimonii assignat Conc.
Florentinum apud Canis: scilicet: 1. proles suscipienda ad
cultum Dei & educanda. 2. fides, quam unus conjugum
alteri debet; 3. indivisibilitas matrimonii. Quare co-
juges mutuo se amare, juvare, & pie communicare de-
bent ut Christus cum Ecclesia; & ideo dixit Deus post
Adæ creationem (Gen. 2.) Faciamus ei adiutorium simi-
le sibi; adiutorium vocat Evam, ut societatem & mu-
tuum denotet obsequium; & simile factum est, ut mu-
tuis fovetur amor & bonorum communicatio, quia
ut fert axioma: simile simili gaudet, &c.

Auctores. Flaber, Marchant, Granatensis, Buzius, Canisius,
Engelgrave, Canisius, Meyrlinck, Langius, Daurollus, &
Tit.